

\* I \* H \* V \* S \*



~~G. # 13.~~

EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

VI-23.

SIGNAT. clvcccxiii.

Einzelner versetzt 1941.

Stückzahl erled.



37a  
10

DISPUTATIO THEOLOGICA

De

NOBILI QVÆSTIONE:

AN LUTERANI  
ET CALVINIANI IN FUN-  
DAMENTO FIDEI CON-  
sentiant.

*In & pro nomine Dei suscepta & in inclutissima ALBIA-  
CA ad placidam συζητησιν.*

PRÆSIDE

DN. BALTHASARE MEISNERO  
S.S. Theolog. D. & P. P. Præceptore & Pro-  
motore iuo colendo publicè exposita

A

M. ANDR. GROSHENNINGIO  
Loburgense.

Cum Deo

*Ad diem XIX. Decembris*

ANNO JOBILÆO

∞ 10 CXVII.

VVITTEBERGÆ

*Ex Officinâ Typographicâ Jobannis Gormanni.*



DISPUTATIO THEOLOGICA

DE

AN LUTERANI

ET CALVINIANI IN FUN-

DAMENTO FIDEI CON-

SENSANT.

IN PROPOSITO DEI SACRIFICII ET IN IUSTIFICATIONE AB IUSTIS

CAUSIS NECESSARIIS DISPUTATIONE

PRÆSIDIO

D. N. BALTHASAR E. MEISNERO

S. S. Theolog. D. & P. P. Praeceptoris & Pro-

moti rectoris colendo publice exponens

A

M. ANDR. GROSHENNINGIO

Lobungensis.

Cum Deo

WILHELMUS WILHELMUS

ALBERTUS LOHMEYER

WILHELMUS

WILHELMUS

FRANCISCAUS THEOLOGICUS, JOHANNES GOTTFRIDUS



REVERENDISSIMO, CELSISSIMO  
ET ILLUSTRISSIMO PRINCIPI  
ET DOMINO

DN. CHRISTIANO  
VVILHELMO

Postulato Archiepiscopatus Magdæburgici Ad-  
ministratori, Episcopatus Halberstadensis Coadju-  
tori, Marchioni Brandenburgensi, Duci  
Borussiæ, &c.

*Domino meo Clementissimo,*

**D**UO sunt præcipua capita, REVERENDISSI-  
ME & ILLUSTRISSE PRINCEPS  
Domine clementissime, quæ de DEO scire unum-  
quemq; Christianum maxumè interest. *Vnum est*  
majestas æterna, *alterum* bonitas infinita:  
Ab hac Deus OPTIMUS, ab illa MAXIMUM SVOCATUR. *ista*  
timorem liberalem *hæc* amorem filialem in cordibus fideiũ  
gignit. Per *illam* animus humanus in tranquillo positus  
informatur: per *hanc* in cruce & calamitate confirmatur.  
*Illam* discimus potissimũ ex rerum creatione; *hanc* ex nobilissimæ  
creaturæ redemptione. Utrumq; cõplectitur Regius Propheta: Di-  
ligit, inquit, Deus judiciũ & justitiam, bonitate Domini plena est terra.  
De utraq; rectè Augustinus: *Intendunt, qui amant in Domino*  
*mansuetudinem & timeant veritatem.* Etenim *dulcis & rectus*  
DOMINUS (Psal. 25.) *Ama quod dulcis est, Time quod rectus est.*  
Tamquam mansuetus dixit tacui: *sed tamquam justus, numquid*  
*semper tacebo?* Et: *Qui modo sustinet peccantes, judicaturus est con-*  
*remnentes.* tractat. 33. in Johan.

);( 2

Utriusq;

Utriusq; imaginem repræsentat bonus Princeps & magistratus in terris, qui nihil aliud est, nisi *vivum Dei simulacrum inter homines, imaginem Dei in se gerens, in aliis gubernans, bonos regens, improbos corrigens, illos clementiâ, hos potentiâ.* Nec enim quidquam dici potest in Magistratus laudem, quod non referri queat ad hanc geminam classem, quum nec aliam hominum præter *innocentem vel rectam & præter pravam seu corruptam* videamus faciem. Sententiæ & picturæ saniorum Ethnicorum & aliorum in medio, nec à nobis hoc loci contemperandæ. Scriptura sacra ut in omnibus aliis, ita in hac materia dives satis, ut neque initium neq; finem elogiorum, quibus principes ornat ferè reperire liceat idoneum.

Nam si spectamus *majestatem*, DEOS vocat; si *publicam salutem*, Salvatores; si *decorem & splendorem*, anulos sigillaricos; si *beneficia & utilitatem*, Cherubim vel Angelos; si *bonitatem*, Pastores; si *necessitatem*, paxillos parietis; si *honestatem*, Dei ministros; si *Ecclesiâ*, nutritios, si *Ecclesiæ hospitium* Rempub. scuta terræ; si *hospitij hujus alveolos*, Oeconomiam; Evergeras. Nec imagines & picturæ divino desunt viridario. Comparat enim Monarchas & Megistanes cum variis animalium speciebus, compage corporis humani, & quæ sunt eicones similes.

Dulcissima autem videtur ea, quæ oblata divinitus Nebucadnezari Monarchæ Babylonio, jam antè sub obscurius à Iothamo in apologo deformata. Ecce enim arborem proceram valde & magnificam, brachia sua longè latèq; diffundentem, *umbram* bestiis, *florem* celo, *fructum* terris, *hospitium* avibus, *escam* omni carni suppeditantem. Arbor umbram, umbra requiem, brachia arboris florem, flos fructum, fructus satietatem, fatietas hospiti iocunditatem & hospiti tranquillitatem conciliat. Pulchram, me CHRISTE, imaginem, & beatam sub eâ delitescentem veritatem.!

Principes & Magistratus pii in terris nihil aliud, quam cedri electi DOMINI, ipse plantavit, ipse auxit. Auctoritas, quam habent Dei est, & à subditis pro Dei immo pro Deo est agnoscenda. Ubi is vult, brachia arboris latè protendit in felici subole, in amplificatâ regni sede, in subditorum omnium

omnium animis, ut ubique *bonitas & potentia* ejus conspiciatur. Ipsa autem hæc arbor non tantum rejicula ligna abdicat, sed & umbram paupertate vel calamitate fatigatis, florem Deo, fructum terris, hospitium exsulibus, escam & commodum omnibus suis subditis exhibet.

Majores nostri. Antiqui Germani ante hos septingentos quasi vel octingentos annos, ut in inventione Poëtica genti nulli cesserunt; ita ex hac scripturæ imagine, suam similem aliquo modo mihi exculpisse videntur; *quum in medio aulle Principis alicujus sterisse canunt tiliam arborem eximiam fictam ex puro auro, cujus ramis insederint avicula argenteolæ gemmâ & concheis baccis insignes; inferius autem positos duos folles ad radicem arboris, qui per illius meatus & tubulos aviculas insidentes in miram harmoniam animarint & excitarint.* Talis arbor pius Princeps est, cujus radix Dei & subditorum amor, ex quo omnia aurea & argentea: rami proceres, aviculæ præfides, cortex potentia, folia sapientia, folles pietas & honestas, vel ut supra loquebamur, bonitas & potestas; quæ arbor cum omnibus suis exsuis & spoliis explicari oratione ampliore poterat, nisi se amplissimè ratione explicaret ipsa. Sed & de principe apud Principem parca sit oratio; ne vel multiloquium perdat gratiam, aut gratia sermonis intempestiva prodat adulationis nauteam.

Ideoq; sine ulteriore morâ, quod primario intendebam, ad hanc talem *divinam arborem* & ipse confugio, tuo SERENISSIMO & ILLUSTRISSIMO nomini REVERENDISSIME & CELSISIME PRINCEPS, has pagellas ad id demisse offerens, cum calido voto, ut sub suo tegmine mihi concedat in hac tempestate defensionem, sub umbrâ requiem, in quiete vigorem. Neq; *Platani* major gloria, quam Solem æstate defendere, hyeme admittere. Et quamquam politiora esse debebant, quæ in tam ILLUSTRISSIMUM conspectum prodire gestiunt; me tamen solatur quod Magnos Principes etiam parvis delectatos video munusculis. Nec enim ignota ex Historicis vola aquæ *Sineta*, rapa *Cononis*, potus aquæ *Thaymasti*; præ quibus quamtumvis exiguis lautitiis aliquis aut Artoxerxes *Persicus* ad Ludovicus *Gallicus*

163

aut

aut Agrippas *Idumeus* aurum sprevisset & pustulas Concharum.  
Eandem spem apud me alit, præter orthodoxum zelum T.  
REVERENDISSIMÆ & ILLUSTRISSIMÆ CEL-  
SITVDINI Serga puriorem B. LUTERI ministerio restau-  
ratam doctrinam, etiam patria mea gleba LOBURGA, quæ  
sibi me vendicat *colorem*, TUÆ autem REVERENDISSI-  
MÆ CELSITUDINI *clientem & subditum*. Quod si jam pa-  
trie Xenion rectè à *cive* mittitur; quanto cum dedecore apud Pa-  
trie Patrem à Subdito omittetur? Neque enim tantum in culpa  
est, qui Magistratui suo *maledicit*; sed is etiam, qui, ubi potest,  
non *bene*. Quomodo autem magis *benedicere* possumus nostro  
Principi in hoc quidem stadio, quàm oblati *precibus & studijs* o-  
mnibus? Quæ *utraq;* hac occasione & testificatione T. REVE-  
RENDISSIMÆ & ILLUSTRISSIMÆ CELSITU-  
DINI oblata humillimè volui. *Illis* etiam ulterius præstitu-  
rus, quidquid in *his* adhuc deficio: defectum interim utrobiq;  
supplente DOMINO, QUI T. REVERENDISSIMÆ CEL-  
SITUDINI totiq; adeo inclutissimæ familiæ, secundum tum  
sua, tum omnium bonorum vota ex alto benedicat, huic arbori  
fructum in flore *servet*, & florè in fructum *maturet*; annoq;  
*novo* per CHRISTUM filium suum recens natum, per quem  
omnia *nova* facta sunt, faustiter ingruente, *nova* donet gaudia,  
*in* gaudijs tranquillitatem, *ex* tranquillitate felicitatem & tan-  
dem *post* felicitatem terrenam beatitatem æternam. Ita verò  
FIAT & FIET. Scribebam VVittembergæ, die VI. Decem-  
bris Anni Jubilæi labentis ∞ 10 CXVII.

T. Reverend. mæ

& Illustr. mæ Celsit. nis

Humillimus Clientis

M. Andr. Groshenning  
Loburg.

Ad



Ad Calvinianos pacis studium frustra prætendentes.



Uid multis crepuisse iuvat mera flumina PACIS,  
 Et pacem hæreticis contemerare logis.  
 Absq; fide pax nulla placet. Falsum abjice, Verum  
 Elige, quàm gratus tum mihi frater eris.  
 Si cussam exquiris, themata hæc exolve, videbis,  
 Svaviter & graviter, quod cupis, omne docent.

In gratiam præstantissimi Dn. Respond.

Ἰεσοῦν Αὐτοῦ f.

Balthas. Meisnerus D.

A L I V D.



Ustruere quisquis regiam imbibit molem  
 Firmam, perennem, quam nec Æoli proles  
 Vesantis ruere vi queat venti,  
 Iræq; magnæ siderisve pontive;  
 Effodere fossam ille, & pavire fundamen  
 Prius laborat, vasta mergitur rupes  
 Cæsisq; rupta montibus coit terra.  
 Emulus in illos tectonæq; fabrosq;  
 Ut Christianæ fidei pote-sit æternum  
 Opus excitare, id ritè statuminet primò  
 Probèq; fundet cogitat, enthei veri.  
 Mirator ardens, candidatus astrorum.  
 Qui confieri illud debeat, haut satis paret  
 Compluribus hodie, fallitur ille, & hic fallit,  
 Pars stulta penitus, pars sed insipide est prudens.

Ergo

Ergo Sionis spes novā, Adnidum **ANDREA**  
Amor vetustus, ingenium rei ac mores  
Totius omnes graphicè & affabrè prorsus  
Brevi hoc libello gemmeoq; deformas,  
Falsiq; nigram candidus allinens culpan  
Serena dii semina eruis veri,  
Ut fallere nemo, falliève pòst possit:  
Nisi ex professò desipere, & mediâ luce  
Malit tenebris lusciosus herere.

Maçte indole isthâc, maçte sis novâ samâ,  
Quam quî auspiciariè auspiciatus possis  
**MEISNERIANI** ac nominis auspicio? Tantum est.

In gratiam eruditiss. Dn. Respond.

F.

Augustus Buchner. Poët. P.

---

A L I U D.

*Ad Præstantissimum Dn. Respondentem.*



Vana famescens quærebat pabula vitæ  
Ludo Lydorum gens. male svada famas  
Nulli ter senis annis graslata pepercit:  
Donec Tyrrenum pars Comitata Ducem  
Umbrorum petijt terram. Ad Garamantas & In-  
Calvini sectæ quidquid in orbe, migret. (dos,  
Nam quia Lydorum ludumq; famemq; imitatur,  
Cur non Lydorum pergir abire modo?  
Sic ô sic faciat! sin vera cupido manendi est,  
Si gaudent Fratrum nomine vel Socium;  
Non exhorrescant linguis animisq; favere,  
Dogmatibus veris his **THE S I B U S q;** tuis.  
Hoc magis in votis fuerit nostris: In voto  
Paret id esse tuo: testor **ID ESSE MEO.**

M. Reinholdus Franckenberger  
Histor. P.

DISPU.



בִּיהוּרָה.

DISPUTATIO  
DE FUNDAMENTO  
FIDEI.

Inter Lutheranos & Calvinianos.

*An videlicet isti & illi in eò vel saltem in opinionibus disparentur.*

PRÆLOQUIUM.

I.



**N**Ydos populos minoris Asiæ aliquando fame oppressos mirò usos fuisse remediò ad famem levandam auctor est *Herodotus*, ita quidem ut alterâ dierum in totum lusibus occuparentur, ne videlicet ciborum quærendorum sollicitudine distorquerentur, alterâ verò à lusibus abstinentes vescerentur, ut se quodammodò reficerent. Atq; hoc modò vixisse annos duodeviginti. *Herod. Clio p. m. 71.*

II. Similem morem hæctenus *Calvinianis* Doctoribus per hoc ferè sæculum sollemnem fuisse nemini ignotum esse potest, nisi cui antelucana hesternæ tempora & cum ijs putior religio.

III. Etenim, ut delicatis auribus Calvinisæ quarum parcamus & ulterius nihil dicamus de titulis iis, cum omnibus alias

A

Hæreti-

Hæreticis communibus & proprijs quod videlicet 1. famelicis, 2. ludiones, 3. & ventris Servi plerumq; esse soleant adcommo-  
dationem alij loco & tempori relinquentes; heic brevibus sal-  
tem repetendum fuerit, quales se per octoginta amplius annos  
in proscenio Ecclesiæ gesserint, & altero quidem die nobiscum  
ludere, altero verò sanguinem nostrum strenuè iterum esurire  
& sitire visi fuerunt.

IV. Inde eorū cādor elucebit, quo unâ manu panē seu pacē ostē-  
dere alterâ v. lapidē & facem minitari nobis hæctenq; voluerunt.

V. PRIMUS ergo talorum jactus erat Zvinglij & Oecolam-  
padij, qui à B. Lutero dextram fraternitatis etiam cum lacrimis  
petebant; sed frustra: Lutero nempe non sine singulari pietate  
& zelo eam adversarijs denegante.

VI. *Non enim ubiq; est bona concordia; sed bonum est quandoq; & dissi-  
dium. Gladius igitur est sermo fidei, qui nos avellit à consuetudine familiari-  
um & cognatorum ad pietatem impediendum uti rectè censet Theophy-  
lactus ipso Oecolampad. interprete in cap. 10. Matth. m. p. 17. a.*

VII. Quomodo autem ad pietatem perveniamus & ad vitam,  
si eum qui via & vita est ipsa negligamus?

IX. Quum ergo illi ita lusissent postero die hoc est anno se-  
quente post esurire cœperunt, quantumq; fraternitatis sibi in  
corde esset, aperte demonstrare. Ecce enim statim post augustis-  
simam illam Augustanam Confessionem, ipsi peculiarem cude-  
bant, quam quatuor urbium vocabant, Imperatori & comitibus  
quidem oblatam non tamen acceptam teste *Schleidano*.

IX. Nec verò multopere hoc loco moramur an ea confessio  
per omnia cum Augustanâ nostrâ, vel cum concordia VVitten-  
bergense consenserit, an verò discrepaverit. Interim si illud ve-  
rum, inanem utiq; laborem exanclavit *Bucerus* postea in mole-  
sto itinere & conciliatione duarum partium; phrenesi labora-  
runt ipsi Auctores confessionis, aut superbia, qui singularem  
fabricare voluerunt vbi opus non erat; Infinitum Imperato-  
rem & reliquos etiam Imperij ordines fuisse oportet qui Con-  
fessionem per omnia Augustanæ concolorem admittere nolue-  
runt; Insolentem tandem B. Luterum, & in arduo religionis ne-  
gocio nimis præcipitem, qui iniquo plane postulato à Bucero  
flagitavit priorum errorum *παλιωδίας*. X. Si

X. Si verò discrepavit hæc Confessio ab Augustanâ ut certè discrepavit; æstimetur inde candor & fides illoꝝ hominum; tum in expalꝑando consensu in fide; quam tamen nec ipsi probant, vel certè non ita eodemq; modo & fine probant: tum in illo effato Tigurinorum, quo à Lutero Confessionem illam 4 urbium; sicut vicissim Augustanam ab his fuisse mutuâ confessione quasi pro unâ habitam & adprobatam: ut splendide Cretizæ Helvetiæ consensus pag. 172 a.

XI. Notum enim est, (ut in historiâ simul pergamus) quomodo eandem Cramben tertiâ annorum decade & præsertim Anno 1536. recoxerint cum concordia VVittenbergense; quam Bucerus Capito alij, nomine Ecclesiarum superioris Germaniæ Sollemne actu cum Lutero iniiit, de quâ concordia quæ scitu necessaria sunt videatur VVittenberg in refut. mendaciorum Puceri &c.

XII. Satis hoc loco Bucerum ab adversâ parte pingi nobis inconstantem callidum & bisulcilinguem; id quod B. Lutherus ex candido rectoq; suo ingenio alios iudicans in ipso primo intuitu fortè non animadvertit; neq; nos ei adfricaremus, nisi ipsius scripta, consilium datum Petro Martyri & effectus apud Phil. Melanchthonem aliud ostenderet.

XIII. Viderint autem ipsi Adversarij; quid Bucero respondere velint ita scribenti: *In hoc levitatis & nos & BVLLINGERVM condemnamus; quod ut ipse ADHVC, ita & nos aliquando LVTERO & aliis sententiam adscripsimus, in quâ ille numquam fuit: quod item formulas quasdam rejecimus, quæ cum scripturâ consonant. Utinam autem Bullingervus non seipsum & alios STOLIDE & parum CHRISTIANE revereretur populiq; sui iudicium non plus æquo metueret! Nam si ipsis non obflaret & hic metus & sui suorumq; aliquorum admiratio nimia in verissimâ ratione & sanctissimâ consensione, quâ totus novis confirmarunt, constantius persistissent.*

*Epist. ad Cœmandum  
Ecc. Cur-  
sens. Rhetice  
Pastorem.*

XIV. Qualis ergo Conciliator talis etiam fuit Conciliatio; ita, ut postea nec ipsis suis sociis satisfecerit Bucerus, nec Buceri confessio Lutero: quâ quum vidisset vir Dei non recto ingredi pede, sed fictam, & à callidis calidè factam; nec ab ijs servatam; utpote crudis erroribus Zvinglij cū nova præfatione & cōmendatione



interpolatis & recōctis. 2. præterea in omnibus dolosam & ambiguum & 3. tandem subdolam maloq; sine intentatam ut jugulum doctrinæ Christianæ per fucum illinc peteretur, non propriâ laude incitatus, nec aliorum bile aut stomachi iritatus, nec à Medico persuasus: sed justâ motus causâ & zelo rescidit Lutherus: & Zvinglij sociis discipulisq; anno ante beatum obitum & quod excurrit, ultimam suam opposuit Confessionem, quâ ulcus purulentum ita tetigit ut hodieq; non sine gemitu, illius cicatricem nondum coaluisse, adversarij recordentur.

XV. Hinc paratragediantes Zvinglianorum & discipulorum Calvinianorum in Lutherum querellæ: hinc *inimice mitis* scilicet Philippi testimonium ad Bullingerum in Epistola huic confessioni perhibitum: quibus tamen tantum abest, ut B. Lutherus vel arrogantia vel fractæ fidei, vel cæci furoris insimulari possit; quin potius divinum honorem omni mundano furori aut etiam gloriæ anteposuisse videri queat: ut ita fidem saltem Christianam sartam cum illò retineret; & Christum in corde suo conservaret.

XVI. Post hunc lusum iterum dentes monstrare nobis cœperunt, quemadmodum satis acerbiter & duriter Lutero responderi debuisse, quidam auctores Bullingero fuerunt notante Simlero in ejus vitâ pag. 20. b.

XVII. Post *bellum Germanicum* alternas vices instaurarunt sapius. Tamen enim à dextris nos tamquam socios postularunt pacem pacisq; beneficia: exquisiverunt à nostris principibus intercessionem pro afflictis Christianis in Galliis: petierunt foedera; in Numburgensē conventu voluerunt tamq; socii recipi: scripserunt pacificationes; transactiones & alia quæ pacem externò bombò crepitarent: &c. Ubi verò res ita non satis ex ipsorum vobis processit, ad sinistram nos ex ipsorum medio aggressi alij, immò nonnunquam ipsi, diris prosciderunt, scomatis dicitarijs exagitarunt, lædorijs cavillis exornarunt, Augustanam Confessionem tubam & facem omnis discordiæ vocantes; inter semetipsos Confessiones iteratas, orthodoxos consensus, *σερῳματῶν*, catecheses, exegetes procuderunt; in quibus tot tantaq; hæreseon nobis imposuerunt *ἐγκλήματα*, ut cordati

dati homines hæcenus spiritum illum larvatæ pacificationis vertiginantis fuisse ingenij existiment, ut qui ab iis pacem petierit quos tamen tam tetrarum hæreseon sciret ad fines.

XIIX. Nos verò ex tali consideratione habemus æstimare tum *Historia* *Satana* *μεροτεχνίαν*, tentantis Ecclesiam Dei ad utrumq; latus, *πρᾶξις.* tam hominum per quos agit & decipit totiloquentiam & πολυκεφάλειαν, illa simpliciter fugienda: Hæc ut eò melius fugiatur advertenda. Ibi simplicitate; hic prudentiâ utrumq; precibus & vigilijs opus est.

XIX. Nec inclara inde Ecclesiæ facies, quæ nunquam ipsa, semper alia; etsi semper ipsa, quando alia, ut huc non inconcinnè verba Tertulliani ex dissimili materiâ adcommodemus. Etenim Ecclesia semper una, at non illius facies. Dum in hoc orbe sub lunâ agit: instar lunæ agetur & augetur: Ipsa tamen in fide semper una & recta: licet non unis à Curvò Dracone incessatur modis.

XX. Quod ipsum piæ menti in turbulentis Ecclesiæ cataractis remedio esse potest præsentis adversus scandalum; ne interverti sibi inter tot angusta & salebrosa viarum, angusta & gloriosa cælorum patiatur: simul etiam instigare ad preces vigilas & pios labores ne per oscitantiam suam Satanas irruat in vineam Domini & palmites Christi devastet.

XXI. Præcipuè verò unicuiq; pietatis & veritatis studioso hæc temporum collatio eò debet esse gratior, quò major est hodiernorum adversariorum versutia; ut simul videant an B. Præceptores & Patres nostri B. Lutherus, Brentius, Chemnicus, Iac. Andree, Heshusius alii de floccis tantum & pappis, an verò de nuce simul & nucleo cum adversarijs contenderint: idque an magis ex cæco adfectu, præcipitato iudicio, rudi zelo aut pervicaci odio; an non potius ex amore CHRISTI, fervore pietatis, & qui horum suboles esse solet, orthodoxo zelo factum fuerit.

XXII. Tandem ex hac historicâ consideratione non inutiliter præsentis temporis conditio spectatur & iudicium informatur in similibus casibus, quid & quantum Adversarijs pacem petentibus credendum & concedendum sit.

XXIII. Ut enim pacis nomen jocundum cuivis homini merito habetur; ita pax sine pacis DOMINO oblata omni Christiano reſpectu ſuſpecta videtur. Proinde, quum de amicitia & fraternitate noſtra tam anxij ſint Adverſarij: nobis quo jure quo ve injuria ea iniri & poſſit & debeat diſpiciendum, id quo fieri rectiſſimè poſſe arbitramur, ſi modo tam fundamentum amicitia, tum amicitiam ipſam paulò accuratius perpenderit. Unde duæ emergent quaſtiones nobiles & hoc tempore maxumè controverſæ & utiles. Prior erit de fundamento fidei. Poſterior de fraternitate Calvinianorum.

XXIX. Nos poſtერიorem jam ſuo loco & tempore relinquentes illam priorem videbimus, an à nobis Calviniani in fundamento diſſentiant, an verò illud nobiſcum ſarctum rectum retineant. Unde patebit ſole meridie clarius, quod in tantà *συνπαρε* animorum pax ſpiritualis & Chriſtiana fraternitas ſperari non poſſit, niſi Chriſtum cum Belial, lucem cum tenebris conciliare velimus, quum nihil ita ad diſcordiam faciat ut diſſenſio de Deo teſte Nazianzeno Orat. 8 quod item in ruinam prona ſint que ſine fundamento creverunt, ut monet Seneca de irâ lib. 1. c. 17. & domum cujus fundamenta non uſq; ad ſoliditatem petra decurſa ſunt incurſus imbrum & impetus fluminum ferre non poſſe ut ſcribit Nazianzenus ex verbis Chriſti in Apologet. m. p. 199.

XXV. Ita autem Calvinianorum Proceres ſcribunt de præſente themate i Palatini Theologi Electorales: in der treuhertzigen Vermahnung an alle Evangelische Kirchen: Wir behalten ja den grund der Seligkeit zu beyden theilen / unverricklich. Denn der Grund der Seligkeit ſpricht Paulus iſt Chriſtus Jeſus. An dem glauben wir ja zu beyden theilen auff einerley weiſe. pag. 32. & 35.

ſſatim in initio: pag. 5. Wir zantcken uns vmb ſolche Fragen ohne derer wiſſenſchaft man wol ſelig werden kan.

Pag. 36. 37. Es ſein etliche Zantcker die da ſagen / daß wir nicht allein viel Holtz / Hew vnd ſtoppeln haben / in unſer lehre / ſondern daß wir auch in denen Sachen irren die den Grund der Seligkeit betreffen: als nemlich von der Perſon Chriſti von dē H. Nachmal / vnd ſonderlich von der ewigen Verſehung Gottes oder von der Gnadenwahl / etc. Aber wir glaube von dieſen Puncten anders nicht / als



als wie nechst der H. Schrifft D. Luther seliger biß in sein Ende da-  
von geglaube vnd gelehret hat.

XXVI. *Nos verò statuimus, errorem in fundamento esse, & dogmata adversariorum firmitatem & robur fidei attentare; ideoq; illam Ecclesiasticam pacem & spirituales fraternitatem seu quod idem est, concordiam fidei unius & unam dare ijs & largiri nullo modo possumus.*

XXVII. Unde hic jam emerget status controversiæ: An Lu- *Status con-*  
therani & Calviniani in fundamento fidei distent; an tantum *troverfiæ.*  
in nudis opinionibus, quæ salvo fundamento utrinq; retineri  
possunt, ubi nos illud prius: illi verò hoc posterius defensum  
eunt: Utrumq; quomodo cum Deo videbimus Idq; ut eò fiat  
distinctius, tum terminos simplices tum propositionem ex illis  
conflatam quâ κατὰ σκευὴν quâ ἀνασκευὴν contemplabimur.

### I. De Terminis.

XXIIX. Explicandum igitur initio, quid Luterani, Calvinia-  
ni, & quid fundamentum fidei.

XXIX. Lutheranos vocamus eos, qui verbi divini depositum *LUTERANI*  
à Deo per Luterū tamquam salutare illius negocii σκευὴ & ἔργον  
in ingrato huic mundo reparatum, de CHRISTO ejus perso-  
na officio & merito de illius universali gratiâ & virtute in Sa-  
cramentis & opere justificationis sanctum & integrum arden-  
ter sedulo & constante spiritu amplectuntur & custodiunt.

XXX. Interea non excludimus ab horum numero infirmos,  
vel conversos, vel Nicodemitas meticulosos; sed omnes tepidos  
& in omni religionis regione versatos & versutos: negligentes  
etiam, qui non curant contritionem Ἰωσήφ; προσκαίεργς seu in-  
constantes, & omnes mundanos seu carnales huic mundo tan-  
tum inhiantes.

XXXI Hinc facillime intelligitur, quid & quos Calvinianorū *CALVI-*  
nomine notemus, eos scilicet qui a Calvino Genevensi secta- *NIANI.*  
rio nomen non ortum trahentes impia & prophana ejus do-  
gmata in omnibus articulis nobiscum controversis de perso-  
na CHRISTI officio & universali ejus merito per Sacramen-  
ta in pectoribus fidelium obsignando protervo ore & præfra-  
ctâ mente coram clarissimâ Ecclesiæ facie, toties jam moniti  
inque

inque colloquiis auditi, in tantâ simul Evangelij luce defendunt & rigidè tuentur.

XXXII. Ab hac igitur censione removemus 1. Integras Calvinianorum Ecclesias, in quibus & CHRISTI regnum Catholicum suas habere racemationes & reliquias numquam dubitavimus: 2. Simpliciores, quorum aures Sacerdotum suorum labijs puriores. 3. quo loco fermè habendos esse & illos ex Doctoribus eorum patet, qui non tam obstinatâ malitiâ, quàm educatione pravâ & consuetudine suarum Ecclesiarum perversâ imbuti (quum naturâ tenacissimi simus eorum quæ rudibus annis didicimus Quinctil. 1.) hæctenus tamen divinâ clementiâ benigniter adnuente in uno atque altero principe articulo se Ecclesijs nostris adjunxerunt; eundem Deum pro illis & reliquis omnibus ex ignorantia errantibus rogantes ut eos illuminare, inq; viam veritatis & vitæ reducere velit, quo nobiscum eum *ὁμοθυμαδὸν* glorificent & uno humero nobiscum contritionem Iosefi portent.

XXXIII. Simul etiam inde claret, quod huc referri non possint nec debeant, Joh. VViclefus ejusque discipuli Joh. Hussus B Martyr. Iesu Christi; & hujus Collegæ Hieronymus Pragensis, Savanorola, item Pauperes de Lugduno, VValdenses, Thaboritæ, Johan. de Lugduno, Dulcinus Novariensis, Marsilius Paduanus & alij, &c. quippe qui in tam crassis diuturnisq; tenebris in tam confuso sæculo & religionis statu. 2. non præfracti non à pijs moniti. 3. nec quidè in omnibus sed in uno duntaxat aut altero articulis (4. si modo etiam vera sunt quæ illorum temporum scriptores & ex ijs Contr. VVimpina illis adtribuit, id quod subolfacio ex Cranzio qui, ubi VVimpina 45. articulos damnatos VViclefo tribuit, tantum 44. meminit) erraverint: qui errores licet fundamentalibus quidè fuerint proximi, dum tamen in persequutionum tentationû & ipsius mortis agone. 5. Spiritu sancto ignorata suggerente procul omni dubio melius instructi sunt, omninò de illis, benè speramus, & cetero qui testes veritatis fideles agnoscimus; præsertim, 6. quum in fervore disputationis cum manifestis veritatis hostibus constituti nimium, ut sit, in alteram partem inclinaverint.

XXXIV. Tu-

*Ancephal.  
heres. part. 1.  
lib. 2. & 3.  
VVandal.  
l. 10. c. 2. pag.  
m. 227.*

XXXIV. Tumultuatur hoc loco Spiritus Adversariorum contra istam nominum discretionem: & quasi piaculum eâ commissum sit, coram Ecclesiæ facie indignabundè querulatur.

XXXV. Verum enimverò intempestivo fervore concutitur, & eò facto prodit. 1. animi male adfecti cauterium. 2. calliditatem. 3. *διανιοας ἀρρώσιαν*; & 4. Priscillianismum: de quibus hominibus videatur Augustin. ad Quodvultdeum hæres. 70.

XXXVI. Nos tuemur nos facti, 1. necessitate. 2. utilitate. 3. rei honestate & ingenuitate. 4. exemplis demum CHRISTI Servatoris, Pauli, Patrum, ipsorumque etiam Adversariorum.

XXXVII. Dictum Apostoli ex 1. Cor. 1. quod prædant, tegere omninò nuditatem non potest & planè pudori eorum velando est inidoneum i. quia est *ἀπεροδιουσον*. Paulus enim loquitur de Doctoribus nos de doctrinâ. Paulus de Doctoribus in doctrinâ consentientibus; nos de dissentientibus. 2. quia est ultra Apostoli scopum extensum, Apostolus loquitur tantum *κατὰ τὴν* Adversarij *ἀπλῶς*. Patet id inde, quia in eadem *συρράξει* meminuit eorum qui volunt esse CHRISTI. Iam verò non simpliciter id nominis improbare illum certum est ex Actis c. 11. v. 26. igitur vel ob animi temeritatem & impotentiam vel ob factum & superbiam Corinthiorum ita scripsisse videtur. Illius exemplum Corinthij; hujus papicolæ dant & ipsi nonnunquam Calviniani.

XXXVIII. Nec dictum LUTERI, quod plenis buccis crepare solent, & extat tom. 2. V Vitteb. Germ. pag. 7. eos quidquam juvare potest. Præterquam enim quod id oppositum propriè infirmis. Sed vel 2. maxime seditiosis: ut patet tum ex historiâ illorum temporum, tum ex ejusdem Luteri consilio, quo simili modo vocari se Evangelicos prohibuit: Contrarium sanè sensisse ipsum Lutherum patet ex eodem libro ubi suam doctrinam Evangelicam vocat: ut & ex reliquis scriptis, ubi non semel extra dictum respectum Ecclesiam suo ministerio per Dominum repurgatam Lutheranam vocat, ut patet ex ipsius scriptis: Omnium verò maxime id clarum est ex loco classico tom. 2, Jenens. pag. 92.

Anno 1572.

& pag. 63.

tom. 2. Jen.

Germ.

Scripta e

nim illa ver-

ba tempore

seditionis

rustica

Anno 1524.

B

XXXIX. Proin



XXXIX. Proinde Adversarij ad emendationem audiant nostro loco *Augustinum*, quem alias amare solent Epist. 171, & tract. 5. in epist. Ioh. *Christianos vos dicitis & Christo contradicitis*. Nos pro aversione scandali illud *Salviani* cogitemus l. 4. de provid. *Christiani nomen quasi aureum decus est: quo si indignè utantur, sit, ut sines eum ornamento esse videantur.*

XL. Partibus contrariis constitutis videbimus etiam fundamentum; ubi paucis. 1. quid vox significet. 2. quodnam sit. 3. à quo. 4. quibus modis & mediis. 5. quando, 6. ubi & 7. quare positum sit, contemplari operæ precium fuerit.

PRIMO.  
Quid vox  
fundamenti  
significet.

XLI. Fundamentum vel à verbo fundare vel à nomine fundi deductum, quod in imâ structuræ parte seu fundo collocari solet; super quo postea reliquæ struices exâdificandæ vel fundandæ sint, Latinis vox nota est. Græcis βάσις vel θεμέλιος quasi pedem aut positorium totius operis extruendi aut exstructi dicas. Hebræis יסוד vel יסודי aliâ item formâ מוסד vel מוסדות à יסד fundavit.

XLII. Fundamenti autem, cujus scriptura potissimum meminit, vox sumitur vel propriè, pro primò rei extruendæ exordio, & infimo quasi pede, quo tota structura nititur: quemadmodum passim in libris Regum primo de templo & domo Salomonis accipitur.

XLIII. Eodem ferè sensu fundamenta tribuuntur terræ, quam fundavit DOMINUS. Proverb. 3. v. 19. Esai. 51. v. 16. vel quasi per partem formavit Psal. 90. v. 2. Unde à Domino compellatur per *περὶ σωτηρίαν ποιῶν* Mich. 6. v. 2. Ita montibus in terra Psal. 18. v. 8. Deuteron. 32. v. 22. Ita ipsi Coelo 2. Sam. 22. v. 8, quæ quidem fundamenta de montibus interpretantur qui quasi vertice suo olympum sustinere videntur, quemadmodum inde Poëtarum Atlas famigeratus est. Immò toti orbi habitabili seu universo Ps. 18. v. 16. licet interim, concurrere aliquid h. l. metaphoricum non negemus.

XLIV.

XLIV. *Vel Figuratè idque tum μετὰ Φοβικῶς vel pro rei ali-*  
*cujus robore, quò niritur Habac. 3. v. 13. Unde phrases in scri-*  
*pturis fundamenta revelare, retegere Mich. 1. v. 6. destruere*  
*Ezech. 30. v. 4. Huc pertinet & elegans loquentio Esai. 30.*  
*vers. 32. Virga foundationis pro fundatissimá, quæ fun-*  
*damentis ossium & medullæ est penetrandæ, ita ut vesti-*  
*gia post se relinquat manifesta: Qualis sensus videtur fe-*  
*rè illius subobscuræ phraseos Ezech. 27. vers. 10. Vel pro rei*  
*origine aut restitutione: Ita sumi videtur, Esai. cap. 58.*  
*vers. 12.*

XLV. Tum verò μετὰ νομικῶς vel etiam σωεδοχικῶς fun-  
 damentum pro totâ rei constitutione poni videtur, Ita Exodi  
 9. v. 18. Esther. 1. v. 8.

XLVI. Ex quibus constat triplex potissimum in scripturis a-  
 gnosci fundamentum; aliud scilicet *structuræ*; aliud *creaturæ*;  
 & denique aliud *Ecclesiæ*; Illud *artificiale*, Istud *naturale*; hoc  
*spirituale*, vocare possumus. Iam autem priora duo hæc l.  
 nihil moramur. Sed tantum de ultimo incidit nobis quæ-  
 stio.

XLVII. Fundamentum igitur Spirituale seu Ecclesiæ nihil  
 & nemo est alius nisi IHESUS CHRISTUS Dei & Ma-  
 riæ filius: præter & extra quod nemo aliud ponere vel debet vel  
 potest. Rectè de eò Fulgentius: l. 2. ad Thrasim, *Principium* P. 280.  
*CHRISTVS quia sempiternus omnia præcedit: FINIS CHRISTVS,*  
*quia perpetuus universa concludit. PRINCIPIVM CHRISTVS,*  
*quia ipse incoavit perficienda: FINIS CHRISTVS, quia perficit in-*  
*coata.*

XLIX. Neq; enim post hoc θεαρχικὸν aliud ὑπεργικόν vel se-  
 cundariùm ex Antichristianis lacunis admittimus, quum SO-  
 LUS CHRISTUS omnes ceteros excludat: Paulus de alio ta-  
 ceat; & se summis Apostolis non inferiorem statuatur; 2. Cor. 11.  
 v. 5. ut ipsi adeo Petro ori reliquorum Discipulorum in os re-  
 stiterit. Galat. 2. Nec umquam super Petrum ædifica-  
 rit. Romanor. 15. vers. 20. quum fundamentum secunda-  
 rium per se non subsistat, multo verò minus ædificium susti-  
 neat.

**XLIX.** Fraudē autem Pontificiorum in dicto Matthæi 16. v. 18. Commissæ hæc vice tantum opponimus orthodoxam B. Augustini sententiam: Quia dixerat Petrus: Tu es CHRISTVS filius Dei vivi: Super hanc ergo inquit petram, quam confessus es ædificabo Ecclesiam meam. Petra enim erat CHRISTVS super quod fundamentum etiam ipse ædificatus est Petrus. Fundamentum quippe nemo aliud potest ponere, &c. 1. Cor. 3. tractatu 124 in Iohan. p. m. D. 4. Col. 4.

Tract. 124.  
in Iohan.

L. Et sanè hætenus nulla inter nos est utrimque discordia, usque adeò ut multi ex Doctoribus Calvinianis strenuiorem sibi in oppugnandâ bestia Babyloniâ deposcant laudem; quam pacis studio ipsis facillè concedemus; interea STUDIO nostro & IPSI non PIGRI in mentem illud Comici revocamus:

Pl. Epidic. 3.  
4. v. 10, 11.

*Strenuiori deterior si prædicat*

*Suas pugnas, de illius ore fiunt sordidæ:*

Simul commomentes, ut nostras deinceps Ecclesias residuis papalibus fœcibus infectas esse clamare desinant.

L I. Etenim, ut quæ circa Christianam libertatem versantur; in gratiam manifestorum veritatis hostium non abrogamus, & iure manemus meritissimò in eâ libertate, in qua nos adierunt Dominus: sic toto corde & ore, jugum Antichristianæ meretricis deestamur & devovemus; ita quidem, ut sicut hic fortitudine, sic ibi consilio & prudentiâ nobis opus esse adcurata statuamus, ne vel ibi cœlestem thesaurum, vel hic salutatem illius usum fractum, utrobique Christianam libertatem amittamus.

L II. Quia igitur iam cum Romanis Cynædis nihil nobis est comere, videbimus paullo pressius quid hoc Apostoli dictum, quod paullo ante ex Augustino allegatum audiebamus in pugna præsentem possit. Ita verò in fontibus: Θεμέλιον ἄλλον ἔδειξεν διδάται βεβαίω ὡς τὸν κειμήλιον ὅς ἐστιν ἡ σῆξ χριστός. Εἰ δὲ τις ἐπικοδομησῆται τὸν θεμέλιον τῶν χριστῶν ἀργυρίου, λίθου, ξύλου, χόρτον καὶ ἄμην ἐκάστῃ τὸ ἔργον φανερόν γενήσεται ἢ γὰρ ἡμερᾶ δηλώσει ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλυφθήσεται καὶ ἐκάστῃ τὸ ἔργον, ὅποιόν ἐστι τὸ πυρὶ δοκιμάσει. Εἰ τις θετὸν ἔργον μένει, ὁ ἀπὸ κοδομήσεως μισθὸν λήσεται.

ψηλα. Εἰς τὸ ἔργον κατὰ κἀύσεται ζυμωθήσεται, αὐτὸς δὲ σω-  
θήσεται ἕως διὰ πυρός.

LIII. Quamquam autem facile cum *Augustino* largimur l. de fide & operib. c. 15. h. l. Apostoli esse difficiliorem & fortè ex iis de quibus alter ipsius collega, Petrus inquam, scribit 2. Epist. c. 3 v. 16. quum tamen *magne utilitatis sit obscuritas ista eloquiorum Dei, quia exercet sensum ut fatigatione dilatetur, & exercitatus capiat, quod capere non potest ociosus* ut rectè monet *Gregorius* homil. 6. in Ezech. nihil vetat quò minus eum ulterius in præsentè materiâ consideremus.

LIV. Quapropter adparet quod Paulus in hoc loco agat 1. de fundamento, 2. de superstructione quæ fit super fundamentum. 3. de superstructionis revelatione. Illud est unum: Ista multiplex: Hæc etiam cum examine conjuncta: ita, ut præmium vel mercedem accepturus sit, cujus opus manserit; cujus autem exustum fuerit, ipse salvus quidem & salvandus, damnum tamen aliquod sit passurus, id quod vel de distinctis præmiorum & gloriæ gradibus, vel etiam de temporali confusione non incommode intelligi posse existimamus.

LV. Damus autem hæc inde *πορτοματα* 1. fundamentum salutis unicum esse Christum in suâ Ecclesiâ prædicatum & efficacem per Sacramenta.

LVI. 2. Extra illum istam & illa non esse salutem veram.

LVII. 3. Si vera debet esse Ecclesia, super hoc fundamento eam oportere esse superstructam.

LIX. 4. Interim hæreticos qui delirescunt in verâ Ecclesiâ non comprehendi hujus dicti tenore, quamdiu manent hæretici; & in fundamento errent; quum omnes illi, de quibus Apostolus h. l. loquatur, salventur.

LIX. 5. Per ignem non posse intelligi vel æternum gehennæ, vel extremi judicij, quæ olim sententia fuit Hieronymi, Chrysostomi, Theophylacti; quum ex illa nulli; in hoc non omni salus obtingat & constet: multò verò minus Pontificiorum purgatorium; id quod alibi contra Bellarminum demonstrabimus. Tom. 2. cont. 3. l. 1. c. 5 de purgat.

LX. 6. Quia salvi omnes fient, sed cum notabili differentiâ cavenda esse eò magis Ecclesiæ Doctoribus inter se intestinorum dissidiorum seminia, ut 1. quibus infirmioribus magnum præbetur scandalum, 2. quies & vinculum pacis rumpitur, 3. conscientia læditur, 4. Diabolo tentationis, & 5. mundo turbæ porta aperitur, 6. Deus deniq; & omnes sancti angeli gravissimè offenduntur.

LXI. Cognatus isti loco quo ad structuræ revelationem videtur dictum CHRISTI Marci 9. v. 48. ubi ad discipulos ait; Omnis homo igne salietur, & omnis victima sale salietur. Nisi quod ibi cum omnibus Doctoribus veræ Ecclesiæ simul comprehendantur etiam hæretici. Boni examinabuntur ut ferventur. At Hæretici in eò examine peribunt. Igitur boni qui sal habent Marci 9. v. 49. immò ipsi sal sunt Matth. 5. v. 13. studere debent *μη ποτε το αλας αναλον γενηται* Marc. 9. v. 49. *η μαρων* *η* Matth. 5. v. 13. Ceteras quisquillas & paleas crucis & tentationum ignis ad veram pietatem excitans & à veteris Adami putore & concupiscentijs præservans absorbit. Accedet etiam ignis prædicati verbi, 1. illuminans, 2. fovens & recreans, 3. purgans, 4. consumens impuritates, & defectum restituet. Sermo enim est ignis qui consumit omnem materialem & imperfectam cogitationem, & simulacra abolet, cujuscumque fuerint materiæ, scribit Theophylactus de illo igne quem putat Christum in mundo accendisse, super Luc. cap. 12. v. 49. p. m. 110. a.

LXII. Quia autem fundamenta materiata eaq; firmiora plerumque solent esse lapidea (conferantur Lucae 19, v. 44. & Iere. 51. v. 16.) ideoq; etiam Christus suæ Ecclesiæ fundamentum eodem sensu sæpius lapis seu petra dicitur.

LXIII. Nec verò officere debet piæ menti hoc loco Adversariorum clamor & stentorei oris documentum, quo obtendunt nos in fundamento, esse consonos, quia idem de eodem doceamus utrimq;. Et scimus quidem eos bona voce esse, ne nimis clament: Audite eos universa Ecclesia; nec tamen ipsi in manifesto falsi crimine erubescunt. Vox Jacobi; at Esaii manus: rectè à Lutero & discipulis passa repulsam.

LXIV. Nec



LXIV. Nec enim statim hic in limine conquiniscendum & abrumpendum cum quaestione quod Christus sit fundamentum; sed dispiciendum DE INDE, quid sit illud fundamentum. Hæc siquidem vita est æterna ut cognoscant te solum verum Deum & quem misisti Iesum Christum Joh. 17. v. 3. inquit Servator &c.

SECUNDO  
Quid sit illud fundamentum.

LXV. In eò ergo definiendo ut eò expeditius progrediamur notanda veniunt, 1. propria, 2. adjuncta, 3. & demum objecta, ut dicamus quidnam hoc fundamentum præ aliis, quale item & quorum sit. Quibus probè observatis proclive erit ad plerasq; adversariorum strophas respondere, & adparebit ultrò, quam vera sit eorum gloria, quam amplum spoliolum, quod ex hoc thriumfo secum domum reportant.

LXVI. Itaque PROPRIA hujus fundamenti ita depingit Spiritus sanctus, ut nemini nisi CHRISTO soli semper & ubique ea in scripturis adtribuat. Agmen ducunt hæc & sunt primaria:

1. Propria.

LXVII. 1. *Per se & sua vi stare*, Unde ipsa Ecclesia illi, superædificata dicitur *σὺ λῶς ἢ ἐδραῖωμα τῆς ἀληθείας*, 1. Timoth. 3. vers. 15. Jam verò majorem habet honorem is qui construxit domum quam ipsa domus Hebr. 3. v. 3. Unde nequaquam alii fundamento innititur Hebr. 3. v. 8.

LXVIII. 2. *Stando sustinere totum ædificium* ex Judæis & gentibus compactum. Neque enim apud illum est respectus personarum: sed in quavis gente qui timet ipsum & operatur justiciam acceptus est illi Act. 10. v. 34. 35. nec temporum: Iesus Christus enim heri & hodiè idem & in sæcula Hebr. 13. v. 8. nec locorum: Venit enim horâ quâ non in monte hoc neq; Hierosolymis adorabitis Patrem &c. sed in spiritu & veritate q. d. ubiq; locorum. jungantur præter h. l. Joh. 4. v. 21, 23. etiam Joh. 15. v. 26. c. 16. v. 13. Matth. 28. v. 19. Marci 16. v. 15.

LXIX. 3. *Sustinendo vivificare & servare*: quippe in quo si qua structura coagmentatur, ea crescit in templum sanctum in Domino; in quo & nos coadificari jubet Apostolus in habitaculum Dei per spiritum Ephes. 2. v. 21. 22. & Pet. 1. epist. 2. vers. 4. 5. mandat, ut ad CHRISTUM lapidem vivum  
(seu

(seu oculatum Zachar. 3. v. 9.) accedamus & velut lapides vivi ipsi ædificemur domus spiritualis.

LXX. 4. *Servando eternare*, Omnesque incursus diabolorum mundi, humanæ carnis insultus ipsasque inferorum portas superare Matth. 16. v. 18. & tandem æternum glorificare secundum dulcissimas tum preces tum promissiones. Johan. 17. v. 24. & c. 15. v. 18. 19.

LXXI. Primum nobis confirmat in personâ Christi omnipotentiam: secundum in officio obedientiam & patientiam: tertium in animo & voluntate clementiam: quartum denique apud eum fidelitatem & in cordibus nostris perseverantiam.

LXXII. II. Hinc quanti æstimandum & quale sit hoc fundamentum ultrò patet. Et ut adjuncta, vel ἀξιώματα præcipua saltem recenseamus vocatur hæc petra vel fundamentum.

2. *Adjuncta*, LXXIII. 1. *Preciosum* Esa. 28. v. 16. repetente Petro ἐγλιμον I. Epist. c. 2. v. 4. & quidem ita gloriosam, ut duabus naturis per ἐνωσιν μερῶσιν unitis Johan. 1. v. 14. & harum & ex illis resultantium propriorum præsertim divinorum καυχημάτων talis facta fuerit communicatio, ut jam non tantum illud quod per essentiam proprium est Dei, per & propter unionem hanc personalem prædicari possit de filio Mariæ, & contra; nec tantum officium commune sit duabus simul naturis, quippe cum utraque ibi agat quod suum est; sed & vi hujus unionis hypostaticæ, divina majestas gloria & omnipotentia absque ullo metu Eutychianismi aut Physicæ confusionis manifestarum Scripturarum suffragio ipsi communicata fuerit Matth. 28. v. 18. Colos. 2. v. 9.

LXXIV. Sed & nobis preciosus hic lapis est & esse poterit in omnibus peccatorum & poenarum casibus in furoribus mundi, ictibus Satanae, morbis & molitionibus mortis, & in morte adeò ipsâ.

LXXV. II. Quum omne bonum suam naturam cum aliis communicet, præviâ scripturâ hoc fundamentum indigitamos  
etiam

etiam fructuosum. Quia enim *πρωτόπλαστοι* Satanæ impulsu & proprio mentis motu à Deo averti vitam & gloriam amiserant pristinam: Ideoq; Deus de remedio deliberans & ad aurem dei *πρωτοαγγέλιον* adferens, fundamentum constitutum exposuit & exhibuit electum quemadmodum Esaiæ c. 28. v. 14. 1. Pet. 2. v. 4 vocatur, in quo & per quod omnes in illum credentes non perire, sed vitam habere æternam debent Johan. 3. v. 15. 16. II. Et quia volebat omnes homines salvos fieri & ad agnitionem veritatis pervenire 1. Tim. 2. v. 4. exposuit hunc lapidem etiam *ἀκρογωνιαίον* summo conspicuum angulo, nobili loco extructum, magnalibus & stupendis miraculis insignitum: ita ut omnium gentium & temporum homines haberent Ecclesiam vel ut in monte excelso constitutâ, & per adgregationem ad illam super hoc fundamento extrui possent; ut Deum non tam genera singulorum quàm singula generum ad regnum suum vocasse & salvari voluisse certum sit.

LXXVI. 3. Et ut Patris voluntas fuit generalis, qui omnia concluderat sub incredulitate ut omnium miseretur Rom. cap. 11. v. 32. Ita filij Dei meritum fuit satis efficax ad redimendum etiam, si perissent, mille mundos. Nec sufficiens tantum sed & efficiens in cordibus credentium, qui oblata media in Evangelio non præfractè rejiciunt. Inde Petrus rectissimè *λίθον ζώντα* c. 2. v. 4. vocat, non tantum ideo quia in ipso vita erat Johan. 1. v. 4. immò quia ipse erat VITA Johan. 14. ver. 6. Sed & quia in se credentibus promisit & confecit vitam æternam Johan. 6. v. 47. ita ut ipso vivente & illi vivere debeant Joh. 14. v. 19. & in quo illi velut lapides vivi domus spiritualis adificentur.

LXXVII. Ideoq; hoc fundamentum III. *Universale est & Catholicum* ob universalem voluntatem Dei, quæ generale meritum Christi salutatoris respicit; unde postmodum Oecumenicum Spiritus sancti officium occupatum in omnium omnino hominum vocatione ad salutem æternam.

LXXVIII. Quemadmodum autem hanc ipsam salutem huic fundamento seu lapidi & petræ salutari superstructam Gratia Dei donat; Christus impetrat, Fides accipit: ita contra furore

C

Diabo-

Diaboli permisso Dei nitente, contemptu hominum respiciente & infidelitate eorumdem evacuante id ipsum & negligente, idem fundamentum quod salutare & fructuosum universale item & catholicum erat ratione Dei ponentis & positi fundamenti, respectu hominum per accidens irritum fit & petra scandali. Neque enim Deus cogendo salvare volebat hominem; sed duas proposuit vias, ex quibus quam velint eligere mortales, videbunt. Piæ menti sufficit, si sufficientia ad vitam omni homini videat relicta media.

LXXIX. Sicut ergo ex Scriptura veteris & novi testamenti, quando nomine sollempni CHRISTUS angularis lapis, Psalm 118. vers. 22. oculatus Zachar. 3. v. 9. fundatio fundata  $\kappa\tau\omicron\upsilon\sigma\iota\varsigma$   $\kappa\tau\omicron\upsilon\sigma\iota\varsigma$  Esaiæ 28. v. 16.  $\lambda\iota\theta\omega\varsigma$  ἐξ ὀρθρωθεὶς ὑπὸ τῶν οἰκοδομησάντων, Actor: 4. v. 11. Matth. 21. v. 42. ex Psalm. 118. & c. vocatur, Pii multiplicem illius nomenclationis habent usum, utpote quod inde certissimi possint esse de salute sua, ideoq; firmiter concludere. 1. CHRISTUM suum esse fundamentum salutis. 1. Cor 3. v. 11. 2. Suam petram in cruce & ærumnis in Psalmis passim Psalm. 18. 31. 71. 42. & c. & refugium Psalm. 91. Prover. 18. v. 10. & clypeum Psalm. 119. v. 114. Psalm. 3. v. 4. Psalm. 7. v. 17. in adversis. 3. Suum documentum ex quo discere tum alias virtutes tum humilitatem maxumè & constantiam debent. 4. totius Scripturæ scopum ad quem omnes superstructiones Prophetarum & Apostolorum sunt referendæ, omnes actiones item & passiones sanctorum referendæ. 5. omnium fidelium vinculum & piorum glutinum, in quo & gentes & Iudæi diruta legis macerie coaluerunt: & quæ sunt similes imagines & rationes, ex quibus doctrinam & solatium pia mens haurire potest.

XXC. Ita è converso impiis præfractis & hypocritis tonitru debet esse fulminosissimum, ut in tempore ab hoc homine desistant cujus habitus est in naso ejus Esai. 2. v. ult.

XXCI. IV. Tandem fundamentum hoc etiam est *fidele & probatum* ut Propheta l. d. inquit. idque in salutis nostræ primis quasi principis: dum officium suum & gratiose & gloriose  
& c.

& clementer & potenter administrat. Dum secundum Propheticum voluntatem Dei perfectè nobis enarravit, Johan. 1. v. 18. Secundum sacerdotale preces nostras sanctificavit & omnia sacrificia consummavit: nova Sacramenta instituit quibus non signa dumtaxat mutavit externa, sed res quoque ipsas, adeò ut pro typis & umbris veteris testamenti jam corpus ipsum habeamus, & non tantum in nostris Sacramentis eam substantiam, quæ fidelibus veteris testamenti per typos obtigit sed & realiter corpus & sanguinem Christi præsentem & dispensatum accipiamus: Ubi etiam promissa fideliter complet: Insuper orat hodieque & intercedit pro nobis: præsens simul ubique secundum humanam naturam, in quâ nobis non ignarus mali miseris succurrere novit; & regio officio præsentissimus gratiâ suâ Ecclesiæ quam per verbum colligit, per Spiritum sanctum regenerat, illuminat conservat; per brachium & virtutem suam defendit regnans potenter in medio etiam hostium: quos tandem in regno gloriæ suæ plenariè scabellum ponet pedum suorum, & suos electos liberatos & servatos æternæ gloriæ adferet.

XXCH. 2. Sic fidele & firmum est hoc fundamentum in salutis nostræ progressu & operatione. ὁ μὲν τοισερὸς θεμέλιος τῆ θεῶ ἐσηκεν ἔχων τὴν σφραγίδα ταύτην ἔγνω ὁ κύριος τῶν ὄντων αὐτῶ 2. Tim. 2. vers. 19. ita etiam ut neminem tentari permittat ὑπὲρ ὃ δύνάται: sed facit cum ipsa tentatione ἔκβασιν seu rimâ elabendi & salutis copiam præsentissimam. 1. Cor. 10. v. 13.

XXCIII. 3. Fidele demum in salutis consummatione. Licet enim nonnunquam horribilibus casibus etiam sancti permittente ob certas causas Domino abripiantur & implicentur, id quod præter cottidianam experientiam demonstrant exempla sanctissimorum Patriarcharum & hominum amicorum Dei Lothi, Mosis, Simsonis, Davidis, Petri, Pauli, &c. Ita ut totaliter amittant Spiritum sanctum; quippe cujus charismata non habitabunt in corpore subdito peccato Sapient. 1. Attamen & hic fidelis CHRISTUS est & rogat per casabundis ne excidant finaliter & deficiat fides ipsorum, ne pereant in æternū, neque rapiat quinquā oves suas è manu suâ quem:

quemadmodum consolabili voce inquit Joh. 10. v. 28. & exemplo Petri innuit Luc. 22. v. 32.

3. *Obiecta.*  
*Christus*  
*fundamen-*  
*tum.*

XXCIV. III. Hoc fundamentum quamquam per se & in se unum existit, & extra illud aliud quæri nec debet nec cum salute potest: quia tamen cognati & distincti invicem superstructionum dantur actus & gradus; ita quidem ut Ecclesia, utriusque testamenti & veteris & novi super hoc fundamento adificata doctrinam veram pro nota agnoscat; ex qua fides in cordibus credentium accenditur; unde ad vitam & salutem æternam ædificantur fideles: ideoque fundamentum illud nostrum distinctorum *obectorum* respectu considerari potest: & dicimus Christum fundamentum esse:

XXCV. I. Ecclesiæ: quippe quæ super eò tam solidè fundatâ est, ut portæ inferorum adversus eam prævalere nequeant

Matt. 16. v. 18. Quia enim hæc sponsa Christi עֲזוּבָה וְעֵצוּבָה

מִן Esaiæ 54. vers. 6. deserta adfficta procellis agitata solamine omni privata & destituta; quia μικρὸν ποίμνιον Luc. 12. v. 32. quia demum sese juxta typum illum Judaicæ Ecclesiæ Ezech. 16. v. 6. conculcandam præbet in sanguine suo: ideoque hoc opus fuit fundamento, quo instructa infirmiter orcinum inferni robur superare & vincere posset.

XXCVI. Eleganter autem & dulciter simul David utpote bona pars Ecclesiæ hujus fundamenti corroborantis munia & officia describit Psalmo 18 v. 2. 3. I. enim *docet CHRISTVS patientiam* in omnibus casibus & ærumnis. Nam Ecclesia Catholica per totum orbem longè lateque diffusa impetus hostium frangens magis magisque roborata est non resistendo sed perferendo monente *Augustino* l. de agone Christ. c. 12. p. m. 320. b. Ideoque Petra dicitur: quia

*Horat. 4.*  
*Od. 4. st. 15.*

*Duris ut ilex tonsa bipennibus,*  
*Per damna per cades ut ipso*  
*Ducit opes animamq; ferro.*

*Secundum Poetam: Sic fides ( tempore persecutionis & calamitatum ) in expeditione sollicitior & disciplinatio in jejuniis in stationibus*

nibus & orationibus & humilitate in alterutra diligentia & dilectione in  
sanctitate & sobrietate ut scribit Tertull. de fugâ in persequut. p. m.  
539. circ. init.

XXCVII. 2. *Patientes in imbecillitate confirmat*, quando deser-  
torum & afflictorum firmum est perfugium, asylum Prover. 18.  
v. 10. Deus fortis Esaiæ. 9 v. 6. ad quem tuto in omnibus mundi  
ruinis confugere possunt. Ideoq; fortitudo *καταφυγη* propu-  
gnaculum in loco Psalmi decimi octavi vocatur. Nec enim  
ideò tantum Ecclesia Dei *Columba* vocatur; quod eò nomine *charitas*  
& *simplicitas* designetur, censente sic *Falgentio* de pass. Dom. ad  
Thrasim. l. 3. p. m. 421. sed etiam eam ob causam, quod calami-  
tatibus ingruentibus ad Christum ejusque rosulenta vulnera,  
quæ fidelia sunt firmæ petrae foramina, columbarum instar ab  
accipitre fugatarum confugere, tutoque in illis latitare soleat:  
quod innuitur Cantic. 2. vers. 14. & apud Davidem Psal. 59.  
vers. 7.

XXCVIII. 3. *Firmatos liberat* è variis casibus & periculis, idque  
etiam nonnunquam in hac vitâ, ut pleno ore & spiritu cum  
Davide canere possint: Psal. 118. v. 17.

*Non moriar: verò vivam: & magnienta IEHOHÆ  
Sancta mei-semper-IHOVÆ celebrabo per ævum.*

XXCIX. 4. *Liberatos tandem coronat* temporalibus & æternis  
bonis, præsertim in cœlestibus. Et hoc cornu illud *Amaltheæ*  
cornu inquam salutis est quod crexit Deus in domo David pue-  
ri sui, sicut loquutus est per os sanctorum qui à sæculo fuerunt  
prophetarum suorum Luc. 1. v. 69. 70. Ideoq; David in Psalmo dicto  
*עֹשֶׂה יְיָ קוֹרְנוֹ* cornu salutis vocat.

XC. Illustre hujus roboris Exemplum dat nobis Ecclesia no-  
vi testamenti, quæ secundum quadruplicem suam faciem qua-  
tuor etiam distinctas sentit vicissitudines; & in illis auxilium  
hujus sui fundamenti præsentissimum. Initio enim, statim  
post adscensum Christi didicit pati & in passionibus patien-  
tiam in decem illis notorijs cribrationibus & truculentis perse-  
quutionibus sub Imperatoribus paganis ad tempora Con-  
stantini Magni tribus integris sæculis ad ann. Christ 300.

2. Postea respirans aliquo modo firmata est ad tempora usq; Caroli Magni sequioribus quinque sæculis ad annum Christi 800. 3. Inde, licet jugum Antichristi postmodum succederet, à paganismo Imperatorum tamen plane liberata & hospitium subeorum imperio invenit ad tempora usq; Maximil. I. & Karoli V. Anno 1517. & 1521. ubi liberata etiam a jugo papali ab illo tempore fuit in hodiernum usq; diem, & ut bene prospereque ominamur ad novissimam libera futura: 4. ubi tandem coronam expectat justitiæ quam reddit ei Dominus in illo die qui est justus Iudex 2. Tim. 4. v. 8.

2. Doctrina.

XCI. II. DOCTRINÆ quæ sonat in Ecclesiâ. Quia enim Ecclesia illa vera & Christi esse nequit in qua doctrina sonat Antichristi: & proinde orthodoxia propria nota est veræ Ecclesiæ, quum notatum certo ostendat, notato competat & quidem soli & semper: ideoque rectissime Christus etiam fundamentum doctrinæ dicitur. Quia etiam Scripturæ testantur de Christo ita ipso adtestante Joh. 5. v. 39. & omnes Prophetæ ipsi testimonium perhibent teste Petro Act. 10. c. 43. in quam mentem recte scribit *Augustin. tractat. 9. in Iohan. Lege libros omnes Propheticos non intellecto Christo quid tam inspidum & fatuum invenies? Intellige ibi Christum non solum sapit, quod legis sed etiam inebriat; mutans mentem à corpore, ut præterita obliviscens, in ea, quæ ante sunt, extendaris.* Unde non inmerito sub censuram revocamus Theophylacti effatum: quando nullum prophetarum regnum cælorum prædicasse scribit in Luc. c. 8. pag 94. rectius censentes dixisse Hieronymum de illis, quod multò aliud quam sonent in litterâ præfigurent, epist. ad Paullin, cap. 7.

XCH. Et quod fundamentum doctrinæ sit CHRISTUS, innuit ipse, quando confessionem Petrinam Petram vocat super quâ ædificanda sit Ecclesia in noto & sapius citato loco. Oves ergo ejus vocem illius audiunt Johan. 10. vers. 27 qui autem verbum Dei vocem ejus non audiunt ex Deo non sunt Johan. 8 vers. 47. Oves autem CHRISTI pastorem suum sequuntur, quia noverunt vocem ejus; alienum autem non sequuntur quia non noverunt vocem aliorum Johan. 10. v. 4.



10. vers. 4. 5. & licet Angelus è cœlo ipsis prædicaverit Evangelium præter id quod prædicarunt Apostoli ex instituto CHRISTI, anathema esse noverunt, Gal. t. 1, v. 9.

XCIII. III. Fidei quæ est ex doctrina. Ubi enim verbum annunciatum & doctrina prædicata: ibi fides in cordibus. hominum vi promissionum divinatum accenditur. Neque enim Esaiæ 65. v. 23. Electi Domini laborabunt frustra; sed quemadmodum descendit pluvia & nix de cœlo nec illuc revertitur sed inebriat terram & facit illam gignere & germinare & dat semen seminanti & panem comedenti: sic est verbum Dei quod egreditur ex ore ejus, non revertetur ad eum vacuum sed faciet quod voluerit, & prosperum reddet illud propter quod datum est. Esa. 55. v. 10.

XCIV. Sicut ergo verbum Dei quod passim Christus verbum suum vocat, & doctrina Christi 2. Johan. 1, vers. 9. testimonium Christi Apocal. 1, vers. 2. adpellatur, *in ore Doctorum* adhuc *semen est* Lucæ 8. vers. 11. Ita *in auribus* auditorum crescit & in cordibus *fructificat panem vivum* qui de cœlo descendit Iohan. 5, v. 50. ex quo si quis comederit in æternum vivet. Nec enim in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod egreditur per os Dei Matth. 4. v. 4.

XCV. Quum igitur CHRISTUS τῆς πίστεως ἀρχηγός ἔστι τῆς ἀσωτήσεως ab Apostolo prædicetur, quem ipsa fundamenti loco subternit in precibus, inque foro justificandi & morte ad eum ipsa adprehendit: non inmerito etiam fundamentum fidei esse statuendus est. Et hoc ipsum est, quod apud Matthæum c. 7. v. 24 Lucæ cap. 6. vers. 47. homo audiens & faciens sermones Christi confertur ædificanti domum & fundamentum ponenti super petram.

XCVI. IV. SALUTIS ÆTERNÆ quæ est ex fide. Et sic quod ultimum apud nos est in exsequutione apud Deum primum est in intentione. Huc enim sinus Ecclesiæ, huc ubera doctrinæ, huc denique vinum legis, oleum Evangelij, lac fidei tendit ut homo salvus fiat. Unde à Petro

τῶν

σωτηρία ψυχῶν τὸ τέλος τῆς πίστεως dicitur 1. epist. c. 1. v. 9. 10.  
 de quâ salute exquisiverunt & scrutati sunt Prophetæ, qui de  
 venturâ in nos gratiâ vaticinati sunt: quibus verbis manifestè  
 innuit, in Ecclesia, in quâ & de quâ hæc scribit, semper fuisse  
 & esse tales Doctores & doctrinam, unde fides in cordibus ho-  
 minū propagetur, quâ illi crescant, corroborentur & ad vitam  
 æternam efformentur deniq; Inde apud Johannem Servator  
 toties credenti in se promisit vitam æternam c. 3. v. 15. 16. 36. c. 5.  
 v. 24. c. 6. v. 40. 47. c. 7. v. 38. c. 8. v. 51. & passim; æternâ satietatem  
 nullâ siti turbendam Johan. 6. v. 35. *sine anxietate desiderium & sine  
 fastidio satietatem ut loquitur Augustin. man. c. 7. quum nec desiderium  
 sibi pœnam generet nec satietas fastidium pariet* Meditation. cap. 27. m.  
 p. b. 1. Col. 7.

TERTIO  
 Quis fun-  
 daverit.

XCVII. Ex hisce igitur proprijs, adjunctis & objectis planè  
 divinum esse hoc fundamentum facillimè adparet. Ideoque  
 TERTIO LOCO in quæstionem fortè non adeò magnam  
 est, QVIS fundaverit: quum utrobique constet, (nisi planè  
 etiam *διάνοιαν* mentis enim τῶ ῥητῶ linguæ, infantem cum  
 balneo effundere velint adversarij) DEUM OPT. MAX.  
 hoc fundamentum posuisse. Ita enim inquit: Ecce EGO po-  
 no pro fundamento in ZION lapidem &c. & ponam iudicium  
 ad regulam. Esaiæ 28. v. 16. Iterum Psal. 118. v. 23. A Domino fa-  
 ctum est illud, ideoq; mirabile in oculis nostris Inde fundamen-  
 tum Domini dicitur Psal. 87. v. 1. mons Zion qui figuram sustinebat  
 Ecclesiæ Psal. 50. v. 23. Esaiæ 2. v. 2, 3. Micheæ 4. v. 1, 2. quia Domi-  
 nus fundavit Zion ut in ea recipiant se pauperes populi sui  
 Esaiæ 14. v. 32.

XCIX. At verò nec ibi subsistimus sed porro imus cum via-  
 toribus adversariis, quærentes utrum ab illo & tali Deo & Pa-  
 tre positum hoc fundamentum credant, à quo nos id positum  
 credimus. Deliberent tandem Adversarij & absque tergiver-  
 satione categoricè respondeant. *Expedita virtus veritatis paucis amat:  
 multa mendacio erunt necessaria*, inquit *Tertullian. adv. Marcion. l. 2.  
 circa finem p. m. 190.*

XCIX. Nostrium Deum credimus in cœlis & terris & mari  
 esse 1. Omn. potentem & quæcumque voluerit & promiserit  
 citra

citra omnem mentis cāptum & rationis actum efficere posse: ita, ut quemadmodum ante cœlum & terra præterire debent quam jota unum aut *κεραυά* ex lege: sic naturam Dei ministram ante totam mutari necessum est, quam divina omnipotentia & voluntas, rerum creatarum magistra & domina infirmari in quoquam debeat. Nam sicut non fuit impossibile Deo quas voluit instituire; sic ei non est impossibile, in, quidquid voluerit, quas instituit, mutare naturas: secund. Augustin. c. d. l. 21. c. 8. circa finem. Certe enim Deus non ob aliud vocatur omnipotens nisi quoniam quidquid vult potest. ut loquitur Augustin. de civ. Dei. l. 21. c. 7. Unde ipse faciet quod se facturum esse prædixit quæ impossibilia putantur, qui promisit & fecit ut ab incredulis gentibus, incredibilia crederentur. Ibid. in fine cap.

C. 2. Non tantum vivum, adeoq; vitam ipsam & æternum: Deus enim EST & de solo Deo propriè dici potest hoc verbum ut rursus loquitur August. de fide & Symbolo c. 4. p. m. 269. b. sed & omniscium Iiobi 21. v. 22. c. 28. v. 24. Esa. 48. v. 5. 8. Esa. 40. v. 13. Syr. 1. v. 3. Psal. 44. v. 22. Psal. 7. v. 10. Psal. 139. & passim. Ierem. 17. v. 9. 10. & alibi & c. & omnipræsentem quem cœli cœlorum capere nequeunt 1. Reg. 8. v. 27. non terra nec mare Iiobi 11. v. 8. nec infernus Amos 9. v. 2. Ps 139. v. 7. altiorem altissimis cœlis, & c. profundiorum inferno, longiorem terrâ, & latiorum mari Iiobi 11. v. 8. 9. qui in omnibus locis sine loco habetur & omnia continet sine ambitu & ubiq; præsens est sine situ & motu. Augustin. manud. c. 2. quæ doctrina tam clara est ut etiam cœcos gentilium oculos radioso luminis fulgore præstringere potuerit, quod commodiore loco demonstratur. Interim Humanitatis studiosi relegere poterunt Rittershusij analec̃ta ad Oppiani ἀλιεοτ. l. 2. v. 8. pag. 222.

CI. Proinde omnes fatales & stoicas hypotheses omnia etiam epicuræa emblemata toto pectore detestamur, quum illis omniscientiam, his omnipræsentiam divinam everti aut certè labefactari & evacuari videamus.

CII. Faceffant etiam Euclidei funambuli & circulatores è Schola Vadiani (quem tamen Virum longè doctissimum atq; lumen Helvetiæ Simlerus vocat in vitâ Bullingeri pag. 17. b.) qui dimensionibus

D

nibus

nibus & demonstrationibus Euclideanis male intellectis & detortis omnipotentiam & maiestatem Christi circum scribunt, quin & infinitam & æternam Dei Trinitatem & temporalem CHRISTI nativitatem lineis, circulis & angulis præfigurare non verentur.

CIII. Mirum, cur hypocritæ hic mussent, qui aliàs Christianas picturas indiscrete tollere solent. Nos statuimus esse illud unum ex operibus illorum, qui vident festucam in oculo fratris sui, trabem autem quæ in oculo proprio est, non animadvertunt, Luc. 6, v. 41. qui excolant culicem & camelum deglutiunt Matth. 23, v. 24. Nos cum Augustino piè Deum nostrum alloquimur. *Domine tua omnipotentia omnia gubernat, regit & implet, que creavit. Nec ideo te implere omnia dicimus, ut te contineant, sed ipsa potius à te continentur; nec particulatim implet omnia: nec ullatenus ita putandum est ut unaquæq; res pro magnitudine sive portionis capiat, id est maxima magis, minima minus; dum sic ipse potius totus in omnibus & omnia in te.* Manual. c. 2. similia de fide ad Petrum c. 3. p. m. 290. 291.

CIV. 3. Bonum & misericordem Exod. 22, vers. 27, cap. 34, vers. 6. Psal. 62, vers. 12. Ioel. 2, v. 14. multum misericordem Psal. 103, vers. 8. divitem in misericordiâ Ephes. 2, vers. 4. investigabilem Orat. Manass. preciosam & æstimabilem, Psal. 36, v. 8. immò inæstimabilem quæ ad cœlos penetret, Psal. 36, v. 6. cœlorum ambitum & orientis occidentisque intercapedinem excedat, Psal. 103, vers. 11. 12. Super omnem transeat carnem, Psal. 103, v. 11. Syrach. 18, v. 12. Etiam super bestias, Psal. 36, v. 7. Super corvos Psal. 147, v. 9. & alias aves cœli, Matth. 6, vers. 26. Quâ simul disponit omnia, Sapient. 15, v. 1. quâ primos parentes fecit rectos, Eccl. 7, v. 30. & disciplinâ intellectus replevit eos, Syrach. 17, v. 5. ad imaginem suam creatos, Gen. 1. & sic in sanctitate & ad sanctitatem nõ ad labsum; quâ labsum hominem & posteritatem in eò totam miseratus dilexit; ideoq; de sufficientibus medijs prospiciens, filium toti mundo & omnibus in eò labfis promisit, Genes. 3. qui tandem missus ἐν τῷ πληρώματι τῆς θεότητος propitiatio & ἰλασμός factus est non tantum pro peccatis electorum, sed etiam pro peccatis totius mundi, quem  
admo-

admodum Iohannes scribit 1. epist. 2. vers. 2. etiam pro eorum  
qui pereunt. Roman. 14. vers. 16. 1. Corinth. 8. vers. 11. per  
quem omnibus hominibus suam offert gratiam, omnibus ho-  
minibus salutis aperit viam; omnes homines vocat & invitat,  
Matth. 11. vers. 28. venientes & accedentes non repellit, nihil-  
que omnino intermittit eorum, quæ ad salutem æternam &  
temporalem nostram faciunt.

**CV.** Cujus misericordiae inmensæ consideratione toties Da-  
vid exclamat in Psalmis: Domine ad cœlos usque bonitas tua,  
Psal. 36. v. 6. magna est usque ad cœlos pietas tua & usque ad æthe-  
ra veritas tua, Psal. 57. v. 11. alibi Psal. 103. v. 11. 17. Psal. 104. v. 24.  
Psal. 119. v. 64. & passim.

*Respira ergo o peccator, respira ne desperes: spera in eum quem times?  
fuge ad eum, à quo affugisti; invoca importune, quem superbe provocasti:  
dicq; ei: I H E S V propter nomen tuum dulce fac mihi secundum nomen tu-  
um. &c. Noli Domine noli adtendere sic malum meum ut obliviscaris bonum  
tuum.* Præunte his verbis Augustino l. de contrit. cord. c. 5. init.  
Nam quum audimus Dominum multum esse misericordem in hoc multò  
nihil deest in quo est omnipotens misericordia & omnipotentia misericors est.  
Tanta est autem & benignitas omnipotentia & omnipotentia benignitatis  
in Deo, ut nihil quod nolite aut non possit relaxare converso. Fulgent. de  
pœnitent. & retrib. futuror. ad Venant. epist. 7 p. m. 563. 564.

**CVI.** Quæ nos dicta & accepta nolumus in indurationem  
præfractorum quum peccantes in divinam misericordiam mi-  
serè decipiantur ut præter Syrachiden c. 5. v. 6. 7. Augustinus de-  
monstrat de verâ & falsa pœnit. c. 6. & 7. sed in confirmationem  
pœnitentium & anxiorum non ut excludatur Dei justitia sed ut  
semper supponatur ipsius misericordia. Cui illâ enim hæc semper  
currit ut Tyrannus loquitur. Non ergo quod misericordia præferenda est,  
contemnenda putetur justitia; cuius reverentia si non esset ipsa miseri-  
cordia fructum non haberet Augustinus. Quæstion. Vet. & Nov. Test.  
quæst. 69.

**CVII.** 4. Veracem & fidelem: qui non est homo ut men-  
ti. tur, neque filius hominis ut eum pœniteat, Num. 23. cuius  
maorum opera sunt veritas & judiciû, fidelia omnia mandata  
suffalta in pe. p. tuû & in æternû facta in veritate & rectitudine

Psal. III. v. 7. 8. Ideoq; manifestas blasphemias de dolo bono de voluntate signi & beneplaciti de voluntate absconditâ simplice, utpote DEI OPT. MAX. misericordiam & *Φιλανθρωπίας*, veritatem & fidelitatem evertentes, diabolicas tentationes in contritis cordibus sufflamantes, plano corde & pleno ore detestamur: Et sicut ratione divina omnipotentia hoc fundamentum gloriosum & preciosum; ratione omniscientia fructuosum; ita ratione misericordiae & clementiae universale & Catholicum, ratione deniq; infallibilis veritatis fidele & probatum esse firmiter statuimus.

QVARTO  
quibus me-  
diis funda-  
mentum.

CIIIX. PORRHO autem quia Apostolis etiam & Prophetis fundamentum hoc certo respectu attribuitur Ephes. 2. v. 20. quaesitum QVARTO an fundamentum sit immediatum an mediatum, & si hoc: quibus demum modis & mediis positum? Ubi simplicissimè & rectissimè respondetur à Deo immediate quidem positum; sed mediatè per Prophetas & Apostolos revelatum esse. Ideoque illud rationem decreti divini de negotio salutis nostrae; hoc decreti illius manifestationem concernit: illud modum, hoc medium innuit. Unde sequentia corollaria.

CIX. 1. Regulam fundamenti hujus unice Ecclesiae ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo tradidit. Tertull. de praescript. adv. haeret. p. m. 109.

2. Inde Deus salutis nostrae autor & consummator Hebr. 12. v. 2.

3. Apostoli & omnes fideles Doctores sunt Christi legati, 2. Cor. 5. v. 20. Dei cooperarii 1. Cor. 3. v. 9.

4. Illarum ministerio adest Spiritus sanctus & per illud operatur, Act. 10. v. 44. Gal. 3. v. 14.

5. Copulanda igitur Dei operatio cum operationis medio; ita ut Deus ordinariè non nisi per praedicatum verbum & administrata Sacramenta operetur; ministerium contra non nisi per divinam virtutem efficax dicatur.

6. Hic ordo divinus tum Deum ab omni injustitiae aut *πρωτοληψίας* aut crudelitatis, aut hypocrisis, aut *επιχαριστικίας* respectu absolvere potest, tum homines reddere co-

ram

ram Iudicio Dei & hominum rectè sentientium ἀναπολογήτως  
& inexcusabiles.

CX. Facillime etiam ex dictis QUINTO foundationis tem-  
pus colligitur. Ratione enim ponentis Dei & positi decreti hoc **QUINTO**  
fundamentum jactum est ab omni aternitate. Nam Deus **Quando.**  
elegit nos in Christo antequam jacerentur fundamenta mun-  
di. Ephes. 1. v. 4. Quod autem ab aeterno in Christo positum,  
hoc in tempore revelatum ministerio Apostolorum & Prophe-  
tarum audivimus.

CXI. HI enim (ut ad **SEXTUM** pergamus) in V. T. fun- **SEXTO**  
damentum hoc continuis vaticiniis, typis, sacrificiis promif- **Vbi.**  
sionibus explicaverunt in loco quem peculiariter illi ministe-  
rio & Messiae nativitati Deus determinaverat, ubi ipse natus  
erat Psal. 76. v. 2. ignem habebat & caminum Esa. 31. v. 8. ult.  
in Zijon videlicet vel Ecclesià Iudaicà. Ita enim ipse inquit  
Esa. 28. v. 26. Ecce ego pono in Zijon, &c. ex Psal. 87. v. 1. funda-  
mentum suum in monte sanctitatis, dilexit Dominus portas  
Zion præ omnibus habitationibus Jaacob.

CXII. Illi a. Apostoli inquam in novo Testamento non tantū  
veterem illam & antiquissimam doctrinā illustraverunt hube-  
rius, sed etiam eodem termino ex mandato **CHRISTI** non  
contenti, lineam aedificij spiritualis per universum orbem ter-  
rarum duxerunt, ita quidem, ut verum illud Davidis Psal. 19. v.  
45. maneat quod postea Apostolus ex versione **LXX.** citavit  
Rom. 10. v. 18. εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν καὶ  
εἰς τὰ πέρας τῆς οἰκουμένης τῶν ῥήματα αὐτῶν. In quam senten-  
tiam scribit Ambrosius: Quod Psalmographus de creaturis di-  
xit, hoc Apostolus de Evangelistis, quia ubiq; *audita est, & in o-*  
*mnem locum pervenit predicatio nominis Christi. Vbi enim predicantis*  
*hominis presentia defuit, sonus tamen & fama pervenit, sic ut pervenerat opi-*  
*nio factarum virtutum in Aegypto ad omnes gentes teste Rahab meretrice.*  
Et in eam mentem Hieronymus in 24. caput Matthæi scribit, *se non*  
*putare aliquam remansisse gentem quæ Christi nomen ignoraverit.* Immo  
Theophylactus in idem cap. ex Chrysostomo suo magistro adseverare  
non dubitat: *ante eversionem Ierosolymæ Evangelium omnibus gentibus*  
*predicatum fuisse.*

D 3

CXIII.

CXIII. Ubi respectu nostri, satis est scire factum id esse; ideo, ut nimirum bonitas Dei innotesceret ita luculentius, in istâ vocatione, quâ omnibus hominibus ad agnitionem veritatis fores aperuit bipatentes: unde regnum Christi catholicum esse cognoscerent & in toto orbe dispersum: & sic aliquo pacto discrimen V. & N. Testamenti involveretur: ut insuper obstinata hominum pervicacia, Apostolorum indefessum studium, sermonum divinorum ipsiusq; Christi veritas fieret manifestior & illustrior.

CXIV. Quare autem Deus in V. T. Ecclesiam suam tam angustis limitibus circumscriberet, quos tamen in novo, antiquo schemate transeunte per totum terrarum orbem diffudit; nostrum non est scrupulosius inquirere; dum quærere satis quidem anxie possumus, satis sufficienter autem invenire non possumus. Quemadmodum autem illud factum ex merito Abrahami aut parentum aut posterorum simplicissime negamus: ita nec ex absoluto quodam beneplacito odiove ceteros populos exclusos esse fideliter existimamus: quum profelythorum & religiosorum, quorum semper ubiq; innumerus fuit numerus, contrarium exempla testentur.

CXV. Nec ultra Scripturas sapimus: quum inferiora superioris sensum scire non possint ut ait Ambros. in Rom. cap. 12. Ideoq; sicut *curiositas semper periculorum germana teste Fulgentio pag m. 886. Mythol. l. 3.* ita hoc loco etiam perpendere juvat illud *Nazianzeni serm. in natal Domini, p. m. 226. Quod nullâ ex parte adtingi potest, cuius queso vel spem provocarit vel conatus accenderit? quod autem plene capi nequit, hoc sui admirationem facit majorem; quam combatatur ferventior Dei desiderium.* Et iterum l. 1. de Theolog. circ. inir. p. m. 20 *Hâc fine (de rebus divinis) disputandum ne supra summas fragilitates nostræ vireis quidquam attentemus.* Quapropter huc adplicamus exclamationem Apostolicam Rom. 11. *ve s. 33. O altitudinem divitiarum &c.* Et cum dicente hæc Apostolo *sacra & ineffabilis sit divinorum iudiciorum discretio* verbo *Orosij lib. 7. cap. 28. p. m. 121. b.* quæ nec scire omnia: nec explicare, quæ scimus possumus: quæ plene nemo comprehendit, nemo reprehendit



hendit *Augustin.* cap. d. l. 2. cap. 21. ad quiescimus in dicto *Historia*  
*riti* quod ceu canonem volumus positum in his materijs:  
*Quod ineffabile est ratione silentij adoretur, Socrat. tripart. lib. 6.*  
*cap. 21.*

CXVI. Sed QVARE tandem & in quem finem id funda- **SEXTO**  
 menti de quo hactenus differuimus positum est? Uno verbo: **QVARE**  
 finis ille ultimus salus est hominum & ad quam ea pertingit  
 gloria Dei. Et quod enim hic notatum cupimus, fundamen-  
 ti nostri mystici seu lapidis fundamentalis sapius in Scriptu-  
 ris fit mentio: Præcipuè verò *sex septem occurrunt loci notabiles ut*  
*sunt Psal. 118. vers. 22. Esaiæ 28. vers. 16. Matth. 21. vers. 42.*  
*& 43. (cui loco respondent Marc. 12. vers. 10. Luc. 20. vers. 17.)*  
*Actor. 4. v. 11. Roman. 9. v. 32. 33. 1. Pet. 2. v. 7.* quibus si quis  
 addere voluerit locum Zach. 12. vers. 3. non morose refragabi-  
 mur: quamquam ibi non de fundamento Ecclesiæ sed de ipsâ  
 Ecclesiâ jam fundatâ Propheta loqui videtur; in his omnibus  
 locis finis ille quem diximus esse gloriam Dei; & salutem homi-  
 num, semper involvitur.

CXVII. Ad hanc & illam ut conditi sunt omnes homines  
 & per Christum redempti: ita sufficientia media in hoc funda-  
 mento indepti sunt, quo ædificari possent ad vitam æternam:  
 vocati scilicet universaliter, serîo, sapius, Ecclesiæ foribus sem-  
 per patulis, & privilegiis ejusdem nemini petenti denegatis, nec  
 in præfractis spernentibus prorsus inefficacibus.

CXVIII. Nec enim ideò servat Deus homines ad interitum,  
 ut declaret in illis suam justitiam: sed ideo tolerat impœniten-  
 tes ad pœnitentiam, ut post contemptum manifestet in illis  
 suam gloriam. Id quod classicus locus Exod. 9. vers. 16. ab A-  
 postolo Roman. 9. vers. 17. citatus innuit. Proinde *justè à Deo*  
*deseri statuimus eos, qui DEVM deserunt Fulgent. lib. 1. ad Monim.* *Appul. 3.*  
*quum providentia Dei etiam Ethnicis teste nihil impunitum nocentibus Miles.*  
*permittat: lustè item existimamus subsequutam severitatem judicis ubi præ-*  
*cessit iniquitas peccatoris Fulgent. l. 1. ad Monim. quum illos Dominus*  
*gravius damnet, quos hic diu longanimiter portat ut loquitur Gregorius*  
*apud Discip. de temp.*

CXIX.

CXIX. Faceffant igitur lepidæ aduerfariorum fimilitudines: Zvinglij bos petulcus, Piscatoris puella deintegrata *ox Tiberio Suetonii &c.* & aliæ tales &c. quibus horrenda βδελύγματα in profcenium Ecclefiæ evomuntur. Verfus quintus Pfalmi quinti noftrum Patrem cœleftem ab omni iftâ mali fufpicionem liberat *יְשׁוּעָה לְנֶפְשׁוֹ* quem locum oppugnarunt quidem hætenus, nondum tamen expugnarunt.

CXX. Sed HOMINES nolunt amplexum Dei *Efa. 65. v. 2.* recufant alas tutelares Christi *Matth. 23.* fuaviffimam ipfius compellationem *Matth. 11. verf. 28.* fpernunt confilium Dei *εἰς ἑαυτοὺς Luc. 7. v. 30.* Scandalum capiunt præter rem vel in Doctoribus *Luc. 7. v. 39. c. 15. v. 1, 2.* vel in doctrinâ quæ eft Græcis (gentib.) scandalum Judæis ftultitia *1. Cor. 1. v. 25.* vel in modo docendi; &c. quum tamen *ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἐστὶν δυνάμει* confiftat *1. Cor. 4. v. 20.* multò verò minus quærunt primùm regnum Dei *Matth. 6. verf. 33.* immò nec omnino quærunt. *Matth. 22. verf. 3.* fed occupati vel ventris fervitio cum Epulone *λαμπρῶς* victitant: *Luc. 16. verf. 19.* vel gynæocratumeni voluptati litant *Luc. 14. v. 20.* vel honoribus, quos illicitè cum Haman quærunt *Esth. 3.* superbè cum Sennacheribo *2 Reg. c. 19, v. 23, 24. 25.* cum Nebucadnezaro *Danijel. 4. v. 27.* poffident, vel *φιλοχρηματία* quâ Mammonæ ferviunt, *Matt. 5. verf. 24.*

CXXI. Nec verò finem hunc quem ultimum facit Scriptura, nofthro fundamento diruit ullo modo dictum Simeonis: *Luc. 2. v. 34. ἔτι κείται εἰς πλῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ καὶ εἰς σημεῖον ἀνὴλεγομένων* cui eft illud apud *Efaïam c. 8. v. 14.* concolor, ubi Dominus Zebaoth dicitur fore in lapidem offendiculi & in petram ruinæ duabus domibus *Israël* & in laqueum & tendiculam habitatoribus *Ierufalem.* 1. Præterquam enim quod poft cafum, in quem pronus eft homo, fubjicit refurrectionem; quo ipfo fatis innuitur, eos, qui ceciderunt hoc ipfo fundamento inniti debere: 2. Non dicit à Deo pofitum efle in cafum, fed fimpliciter, jacere in cafum. *Deus enim centrum eft miſericordie, homo abyſſus miſerie.* Unde autem hi lapfus & rui-

& ruinae proveniant, dictum partim jam fuit, partim alibi commodius demonstratur.

CXXII. 3. Præterea opposuit Simeon hæc verba non salu-  
tari doctrinae de universali hominum vocatione vel dilectione  
Dei, ut eam tolleret: sed scandalo futuro Mariæ, quod aliàs  
acceptura erat in ministerio & passione præsertim filii sui, ut  
ab illo eam præservaret. Patet illud, quia ante v. 31. 32 τὸ σωτή-  
ριον θεῶν ἠτοιμασμένον κατὰ πρόσωπον παντῶν τῶν λαῶν edixe-  
rat. Ne autem quis de tribu Bezæ putet, singula forte gene-  
rum per hos intelligi populos, clarius se explicat & præpara-  
tum dicit Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν καὶ δόξαν λαῶν Ἰσραήλ: in  
quas duas classes universum genus humanum distributum esse  
novimus:

CXXIII. 4. Non prædicat Simeon hoc loco quid fieri debeat  
ex decreto Dei futuro tempore: sed quid futurum sit ex malitiâ  
hominis: ideoq; crassa est ignorantia elenchi argumentari ab  
eventu rei ad finem & intentionem Dei; quum illa quæ futura  
dicit Simeon, non prædicentur causaliter sed prædicantur tantum  
eventualiter.

CXXIV. Interim quando occurrunt etiam loquutiones caus-  
sales, quibus Deus ponere ipse lapidem offensionis dicitur ut sit  
Rom. 9. v. 33. non debet pia mens offendi, & statim ad Castra  
Luciani transire, sed scripturas inter se conferre & Deum Deo  
docente discere. Ex quo autem loco quæ illius dicti expli-  
catio rectius petatur quam unde Apostolus illud desumpsit. quæ  
est locus Esaiæ sæpius advocatus c. 28. v. 6. ex quò clarius illu-  
stretur quam ex Petro qui eadem Propheta verba allegavit. 1.  
Pet. 2. v. 6. seqq. ex quò denique melius confirmetur, quam ex  
ipsius Apostoli Pauli mente & scopo, qui in eo versatur, ut ra-  
tionem reddat, cur rejecti Judæi & adoptatæ gentes; Ubi certè  
non de æternâ, nec de absolutâ omnes alias causas antegredi-  
ente, nec de totali omnes excludente rejectione; sed tantum de  
caussis temporalis abdicationis Judæorum & adoptione genti-  
lium, adeoq; de statu novi Testamenti in locum veteris subro-  
gati. (quæ quæstio id temporis maxumè in controversiam rapta  
fuit) agi manifestum est.

E

II. Κατὰ-

II. Κατασκευή:

CXXV. His igitur satis pro tempore perspectis promptum cuivis & proclive erat colligere ex singulis fere membris in terminis explicatis argumenta pro nostrâ assertionem, quâ Calvinianos non in opinionibus, sed in fundamento ipso errare & proinde à nobis in eò disparari statuimus: ut tamen luculentius adhuc id ostendatur, placet quædam addere & ulterius progredi.

CXXVI. Poterant autem in medium adduci plurima numero, & quidem in specie quinq; religionis nostræ Christianæ capita catechetica; & sufficienter demonstrari, quomodo in singulis illis fundamenta veræ doctrinæ & fidei per hypotheses Calvinianorum labefactentur & tantum non conquassentur: Sed brevitatis studio uno & altero contenti erimus, quæ paucis, modò prius de uno vel altero postulato inter nos conventum fuerit, in medium adferemus.

CXXVII. Postulata seu Hypotheses concessæ.

I. Nostram doctrinam fundamentum fidei salvum & inconcussum retinere.

Hoc postulatum quamquam Paræus nobis nomine fratrum suorum dudum concessit: Inde enim quod utramq; partem & sic etiam nostram fidei Catholicæ & salvificæ fundamentum retinere ex stimat integrum, *Syncretismum interimisticum* inter partes dissidentes conflare studet: Interim tamen non sine causâ metuimus, si ista concessio sit.

1. *Bilinguis*: ut aliud dicat, aliud sentiat labiis molliciei nobiscum agat in corde & corde loquatur ut phrasis scripturæ habet, Psal. 12. vers. 3. Neque enim insolens suis id sociis: Sic enim Augustanam Confessionem modo tubam & facem discordiarum adpellare; & nihil tamen minus Circio ingruente, voratoriam capiunt, illiusque socios se prostituunt.

a. Proinde *fallax*: quum contrarium testentur alii, qui satis manifeste-

manifestè innuunt nos fundamento carere; dum divi nos deo  
vovent & orco commendare non verentur.

3. Vel certè si ab his dissentiat, *temeraria* ubi ipsius lingua  
præcurrit mentem, præjudicium ipsius iudicium aliorum.

4. *Facto contraria*: quum ipse quoque non modo nostros Do-  
ctores acriter perstringat, quod certò tantum pacificatorem  
non decet: sed & atrocissimarum hæreseon reos peragat. Nam,  
ut ab iis fraternitatem petere, quos hæreseon gravissimarum ve-  
neno scis esse collutulatos, summa est *levitas & stultitia*: ita eos,  
quos conscientia tua dictat innocentes linguâ petoleâ nihil mi-  
nus in illarum crimen traducere, extrema *improbitas est & ma-  
litia*.

5. *Coacta & invita*: ubi os adversarij veritati perhibere coa-  
ctum fuit testimonium, quum tamen intus cor longe dissentiat.  
CXXIIX. Nos tamen pro candore nostro omnia in melio-  
rem interpretabimur partem: & quemadmodum ab illis testi-  
monium innocentia & fundamenti fidei acceptamus: Sic  
ijsdem illud reddemus, ubi nobiscum in eo consenserint, Sic  
enim oportet nos pacem colere ne cum veritate fundamentum  
amittamus. Ideoq; ipsi ita fundamentum nobiscum debent  
ædificare, & fraternitatem quærere ut pax inde & quæ ad pa-  
cem æternam & spiritualem faciunt possint coalescere. Et  
ea lex dicta esto omnibus à nobis in fundamento dissentien-  
tibus.

CXXIX. II. Demonstrato eò, quod Calviniani  
errent in fundamento, sequi rectè quod à nobis discre-  
pent in fundamento.

Patet hoc ex primo postulato: quia enim concessum no-  
bis fuit doctrinam nostram esse fundamentalem & rectè sentie-  
re in fidei fundamento: in eò si errare adversarios demonstra-  
tum fuerit, tum à nobis quoque in eò disparari manifestum  
evadet. Et quamquam duæ distinctæ sint quæstiones, id quod  
notatum cupimus. Cognatio tamen utriq; intercedit non vul-  
garis ita quidem, ut hæc absq; illâ dextrè explicari nequeat,  
neq; ista sine hac intelligi.

CXXX. Istis præsuppositis progredimur jam ulterius: B. ergo Augustinus l. de scalâ paradisi init. c. 1. & 2. quatuor facit spiritua-  
lis hominis exercitia 1. *lectionem*, 2. *meditationem*, 3. *orationem*, 4. &  
*contemplationem*, quem sequitur B. Luterus noster in præfat. i. VV. t.  
teber Tom. German. ex Psal. 119. tria præcipua recensens instru-  
menta vel exercitia quibus scientia Theologica adquiri potest,  
1. *orationem* scilicet 2. *meditationem* & 3. *tentationem*. Illa cibum animæ  
adpetit; ista recipit; hæc digerit. Illa sanitatem quaerit, ista inve-  
nit, hæc servat. Illa & ista ad fidem, hæc ad vitam; illa theoriam, hæc  
praxin concernere videntur.

CXXXI. Tota Christianismi nostri factio consistit in his  
duobus capitibus, quæ ita quidem arctè copulata sunt, ut fides  
absque vitâ *mortua*, & vita contra absque fide *cadaver* meritò cen-  
seri possit: proinde sicut illic *hypocritæ* ita hic *heresæ* nomen  
homo effugere nequeat.

CXXXII. Quid ad hæc nostri Calviniani? in fide & vitâ hor-  
rendos tumultus excitant; fundamentum utrobique salutis sub-  
runt, omnem certitudinem tollunt, *πληροφωρίαν* fidei ever-  
tunt, & consolationem omnibus tentatis eripiunt. Hac vice  
tantum strictim examinabimus eorum flosculos circa medita-  
tionem & tentationem, nec tamen eos omnes sed paucos è qui-  
bus tamen tamquam ex ungue leonem, ex caudâ Draconem a-  
gnosceret queas.

CXXXIII. Proinde principiò sic procedimus: Quicumque  
Deum naturâ & essentiâ optimum ad peccatum non tan-  
tùm ut Judicem sed & ut causam concurrere statuunt: 2. Perso-  
næ & officio IESU CHRISTI non detrahenda, & quæ nos  
adsignamus, detrahunt: 3. Spiritui sancto in Sacramentis &  
mediis quæ nos tribuimus derogant: Illi in fundamento a  
nobis dissentiant, adeoq; gravissime (ut ne quid gravius dica-  
mus) errant.

Calviniani id faciunt. Ergo &c.

Minorem jam per membra demonstramus:

CXXXIV.

CXXXIV. I. Calviniani Deum non tantum ut iudicem peccati, sed & ut Autorem aliquo modo concurrere statuunt.

Quia qui crassiores & apertiores sunt, id clare scribunt & candidè nobiscum agunt: Numen ipso Auctor est ejus, inquit Zvinglius, quod nobis est injustitia, Serm. de provid. c. 5. Ita Calvin, instit. 1. cap. 18. Sect. 2. Dicitur Satan excœcare infidelium mentes, sed unde hoc, nisi quod à Deo ipso manat efficacia erroris. Similia habet Zvingl. ibid. cap. 6. Pet. Martyr. in c. 9. Rom.

Qui id non ita clarè proferunt, tales tamen ponunt hypotheses unde illud impium *βδελυγμια* sequitur: nempe.

I. Deum æternâ voluntate decrevisse & creasse hominem primum ad labsum. Sic enim scribit Calvinus instit. 1. 3. c. 23. *¶ Disertis verbis hoc exstare negant decretum fuisse à Deo ut suâ defectione periret Adam. Quasi verò &c. Beza Collop. Mompelg. pag. 427. OPORTUIT EVAM per Satanam persuaderi. Similia habet in respons. ad acta part. 2. pag. 154. 155. In colloquio ulterius addit causam: In integritatis statu si homo permansisset neq; misericordie neq; justitie in ipso declaranda locus fuisset. Via ergo invenienda fuit, quâ homo ad utramq; paratus & dispositus esset. Colloq. pag. 428. similia. pag. 430.*

II. In labso non omnem posteritatem dilexisse; sed ex absoluto arbitrio suo vel decreto arcano ad dilectionem paucos elegisse; ceteris ex solâ voluntatis suæ libertate exclusis. De electis res clara. De reprobis ita scribit Calvinus l. 3. c. 23. *¶ I. Quos Deus præterit reprobat neque aliâ de causâ nisi quod ab hereditate quam filiis suis prædestinavit illos VULT excludere. Nec enim ideo labso homo, sophisticatur Beza, ut omnes homines restituerentur, &c. Necesse ergo est, ideo labso quoque esse homines primos, DEO sic ordinante, ut QUIDAM damnarentur. Colloq. pag. 431.*

III. Iphis absolutè electis de sufficientibus prospexisse mediis, ceteris absque ullo respectu incredulita-

tis aut peccati præteritis tantum quia sic voluit. *Beza in Colloq. Deus occultis de causis IPSI SOLI notis reprobos suo amore in suo eterno decreto numquam dignatus est pag. 434. Rennercher in aur. cathenâ pag. 37. reprobationis nulla alia causa ex Scripturis proferri potest quam iusta & immota voluntas, &c. Peccatum enim reprobationis causa NE QVA QVA esse potest.*

IV. Ideòque Filium toti quidem mundo sed non simul infidelibus, verùm fidelibus tantum, non singulis generum, sed generibus singulorum dedisse: *Deus filium suum qui est illorum (electorum) caput olim per Prophetas promissum suo tandem tempore exhibuit: &c. Beza Respons. ad act. part. 2. pag. 218. Hinc vocem mundi restringunt ad solos electos Colloq. Mompelg. pag. 441, respons. ad acta part. 2. p. 216, 217. Vocem collectivam vel universalem omnis elidunt per distinctionem in singula generum & genera singulorum, ut patet ex respons. Beza ad act. part. 2. pag. 192.*

V. Unde ipsum CHRISTUM non omnes sed tantum paucos, Electos scilicet redemisse; aut si mollius efferi debeat, sufficienter quidem sed numquam efficienter pro iis satisfacisse. *Beza in Colloq. pag. 447. Christus non est mortuus pro peccatis damnatorum. Distinctio inter sufficientiam & efficientiam post alios nuperrimè etiam à Pareo in Irenico usurpata c. 42. p. 142. à Beza rejicitur qui eam meram vocat tergiversationem resp. ad act. pag. 217. contrariam sententiam quæ eâ stabilitur, & nostra est, intolerabilem vocem Colloq. Mompelg. resp. ad thes 7. de prædest. pag. 421. Cui consentit Piscator: Pro reprobis, inquiens. NULLO MODO passus est CHRISTVS sive sufficienter dicat sive efficaciter part. 2, disp. pag. 232.*

VI. Ea igitur de causa & ordine fieri ut in tempore plurimi prætereantur qui non vocentur, vel non serio vocentur ad gratiam, utpote numquã à Deo dilecti nec per CHRISTUM redempti. *Beza Colloq. Mompelg. pag.*



pag. 433. Quum odium Dei contra reprobos sit iustum, proposuit eos in hunc finem creare, ut in ipsis iram & iustitiam suam ostenderet, quos nunquam dilexit: ideo etiam vel prorsus non vocat, vel ut maxime vocat, vocatio tamen prorsus inefficax est. Huc pertinet distinctio in voluntatem Signi & beneplaciti de qua Beza in respons. 2. ad acta. pag. 173. 174. Zanchius de nat. Dei l. 3. c. 4. § 3. pag. 330. Bucanus instit. pag. 155.

VII. Plurimi qui vocentur non veniant, aut qui veniant fidem tamen non adferant. Reproborum enim quamvis necessaria; spontanea tamen est pertinacia, quibus non datum est veritatis Spiritum amplecti & credere. Beza in Colloq. Mompelgart. pag. 433.

IX. Interim ut omnia generaliter agit; ita prævisione efficaci peccata hominum prævideat. Deum omnia operari indiscretè Calvinus docet ex Psalmo: quæcumque voluit fecit, quod ad omnes hominum actiones pertinere ait. instit. l. 1. c. 18. §. 1. Ita urget Beza vocem universalem omnis in dicto Pauli Ephes. 1. v. 11. respons. ad act. part. 2. pag. 155. Similia pag. 152. 185. Calvin. instit. l. 3. c. 23 §. 6. Deus non alia ratione quæ futura sunt prævidet, nisi quia ita, ut fierent decrevit.

IX. Prævisa velit, & ad ea quæ voluit occasionem porrigat. Beza respons. ad act. part. 2. pag. 185. quoties de rebus præteritis agitur, nulla est consequutio firmior quam ista à posteriore sumta: Hoc factum est, ergo Deus voluit ut fieret. Zanchius Miscellan. pag. 350. thes. 10. Deus absolutâ & omnipotentissimâ voluntate quæcumque fiunt, VULT, & sine absolutâ Dei voluntate nihil fit, quum ipsa prima sit omnium rerum causa. Idem Zanchius l. 5. de nat. Dei cap. 2. part. 4 pag. 736. Occasionem illi sc. Adamo dedit peccandi, dum legem tulit quam sciebat ipsum non servaturum. Similia habet Calvinus instit. l. 3. c. 24. §. 12.

X. Ipsos homines ad perpetranda peccata instiget & trahat. Calvinus ex hypothesi Proverb. 21. v. 1. Cor Regis in manu Dei hanc thesin fingit quasi dixisset Salomon: quidquid animis concipimus, arcana Dei inspiratione ad suum finem dirigitur: quam

quam ipsam directionem statim per operationem interpreta-  
tur. *Piscator* in Præf. t. disput. de prædest. pag. 8. *Sanctè ad flagitia  
impellit Deus, ut flagitia flagitijs puniat.* *Rennecher* in *aur. Cathen.* pag.  
32. *Impij occultâ Dei virtute & directione etiam ipsi nescij eò pertrahuntur.*  
*Nâ Deus eos arcanâ vi, tamquam occulto fune, alioqui nescios  
ad eos fines quos ipsi minimè spectant, consequendos trahit:*  
*Similia* pag. 41.

XI. Peccantibus internâ vi & actione cooperetur.  
*Calvin.* l. 1. c. 18. §. 1. *Nihil efficiunt homines nisi arcano Dei nutu, nec  
quicquam deliberando agitant, nisi quod ipse jam apud se decrevit & arcanâ  
suâ directione constituit.* *Similia* habet *Bucanus* *inslit.* pag. 152. *Vrsin.* in  
*exemplis Catech.* pag. 209.

XII. Satanam tandem impellere, ut homines de-  
cipiat. *Fateor quidem inquit Calvinus lib. 1. c. 18. §. 2. interposita Sata-  
næ opera sæpe Deum agere in reprobis; sed ut ejus impulsu Satan Ipse suas  
partes agat & perficiat quatenus datum est.*

CXXXV. Hæc est phantasia illa Calvinistica totidem litte-  
ris & syllabis in eorum scriptis obvia quæ ex *abyssu absoluti decreti,*  
quale tamen Deus numquam fecit, profluit, quod etiam nos  
uno ore & humero detestamur tamquam tale dogma quod  
Deum peccati auctorem facit.

CXXXVI. Nec ullius teruncij est illa Calvinianorum ex-  
ceptio, quâ semper provocant *ad arcanam Dei voluntatem, ad inscruta-  
bile Dei judicium.* Etenim ut vel maxumè hæc judicia ἀνεξε-  
γέωντα τῆς κριματῆς τοῦ θεοῦ καὶ ἀνεξιχνίαστα τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ de-  
mus; quum alias benè sciamus, omnia quæ ad salutem nobis  
necessaria in scripturis sufficienter revelatâ esse: unde ipsi  
talem arcanam voluntatem demonstrabunt? quomodo  
eam cum voluntate revelata conciliabunt? nos DEUM  
supra omnem legem esse novimus, interim sanctissimam  
suam naturam habere pro lege. Ideoque ipse averfatus iniqui-  
tatem, hominem voluntate arcaua numquam ad peccata decer-  
nit; sed præscientiâ æternâ eum propriâ culpâ in peccatum ruer-  
re libere permisit: lapso autem universalis salutis media con-  
stituit & paravit.

CXXXVII. Quod si quis quærat, cur ergo non omnes homi-  
nes

nes gratiâ illâ Dei & per hanc exhibita salute fruantur? Illi paucis responderi potest: *Quia non omnes illam excipiunt, ut par erat, multi etiam eadem malè abutantur Eadem enim hujus gratiæ ratio est quæ medicina, &c.* Ut rectè scribit *Rudolf. Gualter. homil. 6. de incarnat. fil. Dei pag 163. b.*

CXXXIX. Veritatem hanc æternam & immotam esse etiam præter Scripturam testari potest cujusq; pij hominis in scripturis subacta conscientia, & lubidine præjudicij non deflorata. Ubi sane non inmerito mirari subit, cur homines isti sui obliti hoc loco omnino contra sobriam rationem tumultuentur, *quæ etiam apud saniores gentiles scintillas relinquens, effecit ut omnem suspicionem malâ Deo removerent &c.* quum tamen constet, quomodo alias solent inconcinniore tempore & intempestivâ methodo decempedâ rationis in religionis terminos irruere, & ferrum ignitum divinæ gloriæ digitis nudis adtrectare.

CXXXIX. Nos *pedisequani* rationem humanam ideò munera- mur & ita; ut fidem *Dominam* amplectamur, quam si temerare & contemnere ista cupit, meritriculam facessere jubemus & res sibi suas habere; quando autem negocia suæ Dominæ procurat fideliter, præsidio atque arbitrio heræ ancillam facile tolerare possumus, aliàs non ignari istius Tertulliani. *Quid Athenis cum Hierosolymis.*

CXL. Itaque ex prædictis sic inferimus:

Quodcumque dogma statuit Deum impellere Satanam ut homines decipiat: 2. hominibus peccantibus interna vi cooperari. 3. eos ad peccata perpetranda instigare. 4. occasionem porrigere. 5. ea aliquo modo velle & efficaci prævisione prævidere. 6. ideoq; ex absolutâ voluntate reprobos numquã vera fide donare. 7. aut voluntate eã ut veniant, 8. aut vocacione seria invitare ut venire queant. 9. quũ nec pro ipsis mortuus Christus nec iis datus. 10. utpote ex absolutâ voluntate Dei non propter peccatum reprobatis, & simpliciter exclusis. 11. In Adamo; quem propterea Deus, 12. ut laboretur, creavit: Ille Deum facit auctorem non tantum pœnæ & miseriæ, sed etiam ipsius culpæ & sic ibi in Dei infinitam impingit misericordiam: hic in æternam justitiam; utrobique in justum ejus judicium.

F

CXLI.

CXLI. Ratio de *Culpâ clarâ*, 1. quia absque impulsu Dei lo-  
rarius ipsius Satan agere nihil potest. 2. nec ipse homo vel cum  
agit vel antequam agat. 3. quia vel occasione peccandi est ipsum  
peccatum vitare: ita occasionem ad peccandum porrigere est  
ipsum peccatum procurare. 4. quia quidquid Deus facit  
hujus auctor est. Facit autem omnia quæ fiunt sic docenti-  
bus Calvinianis.

CXLII. Sic etiam patet de *POENA* præsertim reproborum  
quod nec ipsi Adversarij facile negaverint. Utraque hæc do-  
ctrina turbat fundamentum & nostræ doctrinæ è diametro con-  
trariatur. Ista de culpâ, fidem; ut vidimus; hæc vitam de quo  
paulò post plura.

CXLIII. Ideoque nos sicut Beza *intolerabilem vocem*  
nostram doctrinam vocat, alibi *falsum, monstruosum, abominandum*  
*dogma* part. 2. respons. ad act. pag. 218. immò *falsum blasphemum &*  
*impium* pag. 221. hæc & similia verborum fulmina in impiam &  
blasphemam Adversariorum doctrinam convertimus, & tan-  
quam in fundamento errantem toto corde & ore detestamur.

CXLIV. II. CALVINIANI personæ CHRISTI  
detrahunt non detrahenda & quæ nos ei tribuimus.

Non vexabimus jam eorum *ἀκυρολογίας λεξικας* & ab-  
surdas phræteologias, utpote quod *duæ naturæ in personâ CHRISTI*  
*exaltentur*, quod *major sit persona mittens & exaltans personâ missâ & hu-*  
*miliatâ*: quod *universâ potentiâ suâ Deus efficere nequeat*, ut *corpus finitum*  
*sit in pluribus locis &c.* quas tamen & similes loquutiones ita com-  
paratas quilibet videt, ut absurda inde gignantur dogmata:  
Nec omnia eorum *παρρησιάζματα* in hoc loco recensebimus,  
quum talium errorum Catalogus accuratior aliunde ex nostra-  
ribus peti possit.

CXLV. Illud tantum controversiæ caput expendi volumus,  
quod & ipsi Adversarij vel maxime in controversiam esse agno-  
scunt; utrum nimirum humanæ naturæ in CHRISTO per &  
propter unionem non verbalem, sed personalem; non *κατὰ*  
*παράστασιν* vel *παράθεσιν* nec *κατὰ* *χέσιν* vel *ἀξίαν* factam, sed  
*ἀπαρακλιῶς*, communicata sint non verbaliter sed realiter dona  
non creata vel finita, sed æterna illa & infinita; utrum omni-  
potentiæ

potentiæ, omniscientiæ & præsertim omnipræsentia majestas  
Carni CHRISTI obtigerit: utrum etiam religiosa adoratio  
ad hanc naturam dirigi debeat. Negantem tuentur Adversa-  
rij, nos adfirmantem.

CXLVI. Nec opus hic longiore illius probatione vel hu-  
jus adsertione, quum illud Adversarij ipsi non negent, hoc al-  
lius loci. Nec locus hic extenuationi. *Sive enim personam*  
*de qua agitur & pugnatur, sive gloriam & honorem, qui illi*  
*personæ tribuitur & debetur: sive ea scripturarum testimonia*  
*quæ de hac communicatâ gloriâ loquuntur: sive tandem fru-*  
*ctum & utilitatem quæ ex illis dictis & totâ hac doctrinâ pro-*  
*manat consideramus, res certe gravissimæ controversiæ ea esse*  
*videtur.*

CXLVII. Proinde ita argumentamur: ubi pugna est inter  
partes duas dissidentes:

1. De Persona IHESU CHRISTI.
2. Et quidem de gloriâ illi personæ collatâ.
3. De testimonijs quæ de eâ gloriâ agunt.
4. Et tandem de fructu qui ex hac doctrinâ resultat: ibi  
agi de fundamento manifestum est.

Ratio est: 1. Quia persona CHRISTI nostræ salutis ca-  
put principium & finis est. *Auctor fidei nostræ & consummator est*  
*IHESVS scribit Fulgent. ad Thrasim. l. 2. de in carn. & grat. Chri-*  
*sti pag. 762. ex Ebræor. 12. vers. 2.* 2. Quia sicut gloriam  
CHRISTI carni attribuere absque Scripturis periculosum:  
ita derogare contra Scripturas blasphemum. 3. Quia Scripu-  
ra Jehovæ integra est Psal 19. v. 8. nec Lesbia regula quæ va-  
rias admittat & contrarias sibi invicem salvo fundamento ex-  
positiones. *At divinis sermonibus si teneatur humilitas cordis nulla repe-*  
*rietur repugnantia veritatis, Fulgent. ad Thrasim. lib. 2. pag. 291.*  
292.

4. Quia fructus fidei, qui salus est æterna, vel maxumè de  
fundamento esse statuitur.

CXLVIII. Jam minor suâ luce patet ex scriptis & dictis  
Adversariorum. Etsi enim nobiscum credunt & confitentur

**CHRISTUM IESUM** verum esse θεόν ἰσότητος Deum & hominem in duabus naturis, ut quod opus erat fieri ad hominum restorationem, si humana non posset, natura faceret divina & si divinae minime conveniret, exhiberet humanam: & non alius atque alius, sed **IDEM IPSE** esset, qui utrumque perfecte existens per humanam solveret, quod illa debebat & per divinam posset quod expediebat, ut loquitur Anselmus l. 2. c. 18. & proinde nobiscum etiam docent quod revera homo salvari non potuerit, si vel susceptor hominis naturaliter verus Deus non fuisset vel in Dei veri susceptione aliquid hominis defuisset ut loquitur Fulgent, ad Thrasim. l. 1. pag. 227.

**CXLIX.** Non tamen sufficit ad sensus in fundamento constituendo: sed accedere etiam debet consensus in constituto: hoc est non satis est scire **CHRISTUM** esse fundamentum, sed requiritur etiam vera agnitio ipsius **CHRISTI**, ut sciamus & cognoscamus quale sit hoc fundamentum. Alias enim Phoriniani, Pontificij Anabaptistæ & hæretici quilibet alii, qui Christum concedunt esse fundamentum, illud dici possent retinere integrum; quamquam ipsi vel magis vel minus in eò constituto errare deprehenduntur. Sic pugnam inter nos & Calvinianos esse de gloriâ carni Christi datâ & communicatâ, de testimoniis quæ id probant, tandem de fructu qui præsertim ex consolabili doctrinâ de maiestate omnipræsentis & omniscientis fluit & emanat, nemo forte fuerit, qui facile negaverit.

**CL.** Manet proinde Conclusioni etiam sua immota veritas. De alijs controversiæ capitibus jam non sumus solliciti, ut pote quod præter personam officium etiam Servatoris in fundamento variè oppugnant. Regale quidem dum regalia ipsi demunt ἀζημιωτα. Sacerdotale dum non satisfactum pro omnibus garrunt, & hoc pacto antiquæ etiam Mosaicæ Ecclesiæ Sacerdote Leviticisque sacrificijs Levit. 16. v. 22. minorem & inferiorem faciunt.

**CLI. III. SPIRITUI SANCTO** Calviniani derogant in **SACRAMENTIS** præsertim in **DE COENA**.

Quemad.

Quemadmodum enim in *arcano* prædestinationis pectus æterni Dei paternum panditur: in *sacrario* de persona Christi Mediatoris nostri sanctissimum meritum ostenditur, & quasi latus fraternum Immanuelis nostri denuo aperitur: ita in loco de Sacramentis & præsertim de *Cœnâ* Cor humanum *Cochleæ* instar quæ suo *succo victitans non gignit purpuram ad rorem* cœlestis benedictionis reseratur & *vorulentâ* gratiâ Sacri Flaminis in hac vitâ ad æternam pascitur & præparatur.

CLII. Sicut itaque Adversarij *illic* impingunt in Dei patris gratiam quam obfuscant; *ibi* in Christi Filii Dei *gloriam*, quam contemerant: ita *hic* irruunt in Spiritus sancti virtutem & *efficaciam*, quam in Sacramentis enervant.

CLIII. Ideoque & hic illud Prophetæ ut *semper* valuit & valibit: valere meritò debebat. Verbum Domini manet in æternum, Esa. 40. v. 8. Sed fraus Adversariorum nimis violenta & vis eorum nimis subdola etiam fundamentum hoc, quantum quidem in se, labefactat, & tamen postmodum, quasi re bene actâ de consensu in fundamento gloriatur.

CLIV: Nos integras controversias de baptismo cujus vim figurativam faciunt, de cœnâ item & ministerio verbi suo loco relinquentes & tempori; in de orali manducatione, quam hodieq; solam oppugnandam censent Adversarii, consideramus hoc temporis tantum *Veritatem* Servatoris in dictis, & *bonitatem* in factis. *Illâ* sustentat Spiritus sanctus *fidem*: per hanc promittit nobis salutem. Illius *τὸ πρῶτον* firmum est *nutrimentum*: hujus, oralis manducatio est fidele *Symbolum*. Utrumq; quam diu negant Calviniani in fundamento dissentiunt, & veritatem & bonitatem Christi oblique impugnant.

CLV. Nos contra illam *ἐν τῷ πρῶτῳ* & *τὸ πρῶτον* rursus cum illâ servamus; firmiter statuentes in sacrâ cœnâ verum Corpus & verum Sanguinem Domini nostri Iesu Christi tamquam res cœlestes vere & substantialiter esse præsentem & cum pane & vino tanquam elementis terrenis & visibilibus distribui omnibus participantibus, sive dignis sive indignis cum luculento tamen discrimine: Ideo: *quia* verba Christi perspicua, infallibilia, *πανδύατα*. 2. *quia* verba testamenti. 3. *quia* Testator vult & potest:

potest dum Deus dum homo. 4. quia testes congruunt in confi-  
gnatione. 5. quia calix novi testamenti. 6. quia nostra sententiã  
simplex certa: Adversariorum contorta dubiosa.

CLVI. Proinde pro hoc litterali sensu rursus ita pugnamus:  
In verbis Testamenti aut illa sententia vera erit, quæ scriptum  
tuetur; aut illa quæ sententiam & sensum:

Ultraque enim vera simul esse nequit, quia una alteram  
tollit.

Ulterius: Quæ interpretatio falsa est in testamento: et-  
iam falsa erit in fidei fundamento. 1. Quia testamentum Chri-  
sti ex primarijs fidei articulis unus. 2. Quia ut verbum Dei pu-  
rum certum & firmum est: ita testamentum filii ipsius omni  
vel detractioe vel additione majus. 3. Quia litteralis sensus,  
& quæ ex eo fluit, oralis manducatio præcipua Sacramenti Ev-  
charistici actio est. 4. ut taceamus quod indirecte veritas &  
potestas CHRISTI in dubium hoc duello vocetur. Etsi e-  
nim Adversarijs præsertim *candidioribus* facile credimus, quod  
rale quid per se numquam tentent: tamen & ipsos candidè mo-  
nitos volumus ut Tentatoris *μωροτερον* fallendi lubidinem  
cogitent, qui sub hac tali specie Ecclesiæ Dei semper ludos atro-  
ces fecit; quemadmodum nullus facile reperitur hæreticus  
tam excœcatus, qui datâ operâ contra scientiam & conscien-  
tiam homines fallere voluerit,

CLVII. Er quamquam ipsi nos consuetis hîc sarcasmis exci-  
pient: nos tamen verbo Christi magnâ inhærentes pleropho-  
riã paucis repetimus quæ noster B. Lusherus in simili olim  
causâ ad Albertum Marchionem Brandiburgensem scripsit: Ich  
wolte lieber nicht allein aller Kottengeister / sondern aller Key-  
ser / Könige vnd Fürsten Weisheit vnd Recht / wider mich lassen  
zeugen/denn ein Jota oder ein tüttel der gantzen H. Christlichen  
Kirchen wider mich hören oder sehen. Denn es ist ja nicht so zu  
schertzen mit Artickeln des Glaubens von anfang her vund so weit  
die Christenheit ist unrechtlich gehalten / wie man schertzen mag  
mit Bapstlichen/oder Keyserlichen Rechten oder andern Menschli-  
chen



chen Tradition der Väter oder Concilien. Ubi jungantur ea, quæ paulo ante præcellerunt. Tom. 5. Ienenf. pag. 490. b.

CLIX. Itaque etiam quod idem Luterus noster non diu ante beatum suum obitum scribit, pius animus notare debet. in confes. majore. tom 8. Ienenf. Germ. pag. 175. â. b. Viel lieber wolt ich mich hundert mahl lassen zureissen oder verbrennen / ehe ich wolte mit Schwencckfeldt / Zwingel / Carlstadt / Decolampad / vñnd wer sie mehr sein / die leidigen Schwärmer eines Sinnes oder Willen seyn oder in ihre Lehre bewilligen.

CLIX. Et ne quis hæc putet profluxisse ex cæco Zelo, ecce Vir Dei cælo plenus præoccupavit alibi. Dawider sag ich als denn / vñnd denn als jetzt / daß ich von Gottes gnaden alle diese Articul habe auff's fleissigste bedacht / durch die Schrift vñnd wider hindurch oftmals gezogen. Tom 3. Ienenf. Germ. pag. 554.

CLX. Actio seu factum est ipsa oralis manducatio quæ cum pane & vino corpus & sanguis CHRISTI *ὄψωσ ἡγία ὀψωδῶσ* nobis distribuitur modo cælesti & nobis incognito. Nec est quod hanc pugnam iterum Adversarij extenuent. Fidei animæ sufficit, 1. mos & consuetudo Dei qui in insolentibus & naturam superantibus magnalibus suis externa & humilia adhibere solet Symbola. 2. Sapientia, voluntas, fidelitas, bonitas CHRISTI: qui hoc externo & humili actu luxuriam rationis voluit cohibere; sibi subicere; nobis insuper succurrere, mentemq; ad se elevare. 3. Fides hominis Christiani, quæ suo sponte non credit in ijs duntaxat quæ videt, sed etiam per saxa per ignes adlentitur & adhæret in ijs quæ non videt. 4. Ipsa manducatio, quæ nihil aliud nisi primaria & capitalis pars hujus Sacramenti.

CLXI. Hæc quum ita sint, unum addimus R. Dn. Præsidi nostri argumentum, quo ulus in simili negotio: Qui corpus CHRISTI aliter manducant, quàm ipse manducari voluit; illi manducant indigne & ad iudicium.

Sed

Sed vel Luterani vel Calviniani aliter manducant corpus Domini quam Christus manducari voluit.

E. alterutra pars indignè manducat; Et proinde controversia maxumè fundamentalis.

Minor clara est ex sententiarum dissonantiâ; ex diuturnâ pugnâ; ex hodierna contentione &c.

CLXII. Quæ omnia & similia ita comparata esse videns Gryneus ante hos triginta ferè annos scribit: *Animadverti inquit, quod utraq; pars dissidentium lubenter dabit, videlicet erroneam opinionem vim facere veritati, quæ una tantum est, & non esse λογικῆς sed controversiam de re magnâ, & non, nisi alterâ parte, veritati cedente pacem posse sanciri.* Quapropter & nos hic illud Athanasij repetimus: Et inquit: *fidem hanc nisi quis integram inviolatamq; servaverit, absq; dubio in aeternum peribit.*

CLXIII. Ex quib. omnib; patet, quod totû fere systema theologicum turbent, omnè piam meditationem intervertant, omnè devotionem elevent. Quod ipsum clarius tamen evadet si breviter articulos fidei plerosq; & insigniores orthodoxè componamus, & postea secundum placitum Calvinianorum resolvamus,

Initio Deus, 2. creavit, 3. ad imaginem suam, 4. hominem perfectum qui 5. lapsus, 6. in peccatû, 7. amisit liberum arbitrium, 8. sub lege captivatû, 9. Evangelio tamen, 10. à Christo prædicato & Sacramentis, 11. ad bona opera, 12. cotidiana pœnitentia, 13. justificatur, 14. cruce & calamitatibus, 15. in Ecclesiâ, 16. inter cœtum prædestinatorum, 17. ad mortem præparatur, 18. à judicio servatur & tandem 19. ad vitam aeternam resuscitatur.

CLXIV. Grassetur jam cum hypothesebus Calvinianorum, verbi causa cum unâ saltem de absoluto Dei decreto ab ultimo ad primum, à primo rursus ad ultimum, & verè in agro & vineâ Domini eos grassari adparebit, & fundamenta omnia diruere, ut cum Davide conqueri necessum habeamus: *Psal. 11. v. 3. fundamenta diruunt, justus quid faciat?*

CLXV. Quia enim absoluto decreto & arcanâ voluntate Deus maxumam hominum partem absq; ullo fidei aut incredulitatis

litaris respectu ad æternum prædestinavit exitium; ideoque certe non misit CHRISTVM in mundum, ut salvus per eum fiat. Sed ut judicetur. Quocircâ homo talis quidquid tandem faciat morte perit horribili, quia non erat ex coetu prædestinatorum licet esset in Ecclesiâ: immò ideo Saburratus bonis terrenis à DEO, ut condemnatio ejus postea eò fieret gravior. Neque enim quidquam ad eum pertinet justificatio, quia induratus & excœcatus est efficaciter à DEO; ideoque nihil etiam boni facere potest etiamsi velit: nec pertinent ad eum justificationis media, quia Sacramenta aliter non accipere potest nisi ad judicium, quum doctrina de CHRISTO ipsi non proposita sit ad vitam sed ad mortem; doctrinæ autem legis fulmina sentiat inevitabilia, cujus maledictionem effugere nequit, & media à CHRISTO monstrata non potest non contemnere eam causâ originaria qua in peccatum lapsus Adamus præordinatione Dei se & rotam posteritatem in eam miseriam volente DEO conjecit, ad quam creavit maxumam humani generis partem horribili quidem decretò arcanâ tamen voluntate Deus justissimus.

CLXVI. Quæ omnia & talia ita comparata esse ipsi norunt adversarij, ut quidam ex iis præsertim ludô irenico delassati, ut initio dicebamus, dentes & famem nobis ostendere cæperint, nos tamque extremos Hæreticos longissimè à se dissentientes rejecerint & orco consecraverint. Aut igitur istas execrationes suorum condemnent, aut nos cum formidolosâ sua fraternitate missos faciant. Nos quum illæ ex furore & lupina rabie, hæc ex palpò & vulpina adulatione proficiscantur, memores illig Nazianzeni: κρείστων ἐμπαθοῦς ὁμολίας ἢ ὑπὲρ εὐσεβείας διασασίς. Simul hoc CHRISTI iis in mentem revocamus: μακάριοι ἐσθε ὅτι ἂν ὄνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι καὶ ἔπωσι πάντων πονηρῶν ῥήμα καθ' ὑμῶν ψευδομένοι ἐνεκεν ἐμοῦ. Matth. 5. v. 11. seq. ex E saia ut viderur c. 51. v. 78.

CLXVII. Et tantum de argumento PRIMO. Porrho autem ubi fides sublesta vacillat, justo destituta fundamento: ibi vita etiam labibus & casibus immunis esse non potest: sicut contra vita pia cum fide verâ solet & debet esse conjunctissima. Neque

G

que



que enim bona arbor fructus malos potest facere, ut contra nec  
mala bonos dicente servatore. Marth. 7. v. 18. Quia ergo ornatus  
sponsæ est interior Psal. 45. ut oculis humanis dijudicari nequeat  
& præterea η'πίσις ἐλπίζομένων ἐστὶ ὑπόστασις πραγμάτων ἐ-  
λεγχος ὀβλεπομένων. Ebr. 11. v. 1. vel ut Tertullianus interpre-  
tatur de R. c. p. m. 60. *Contemplatio est spei in hoc spaciō per fidem non  
præsentatio nec possessio sed expectatio: non incommode Jacobus Apo-  
stolus tantopere opera videtur urgere c. 2. v. 18. & seqq. non qui-  
dem ideo, quod ea sint meritum gratiæ Consequenda, sed quod  
sint testimonium Consequuta: non quasi sint flos precii, sed  
fructus fidei non quod præcedant justificandos sed quod sequantur justifi-  
catos* verbo Augustini.

CLXIX. Non autem jam animus est in hoc brevitatis articu-  
lo omnes hujus arboris ramos excutere: unum duntaxat bra-  
chium juvat decerpere. unde *anchoram salutis* supremus *navegus*  
in hoc turbulento rerum humanarum Oceanō nos conficere  
jubet: Spem (inquam) Christianam, illam fundatissimam  
cujus ut matrem firmam fidem & fiduciam ita progeniem pa-  
tentiam, obedientiam, humilitatem constantiam cum magiō  
plurium virtutum chorō esse didicimus.

CLXX. Huic non tantum Contra eunt Cæcæ Ethnicorum  
mentes, qui nihil omninō de hac divina virtute sciverunt: unde  
absque omni spe Apostolus eos fuisse scribit Ephes. 2. v. 21. quod  
testatur eorum dē cōfessiones, querellæ de hac ipsâ materiâ: *Et spes  
& metus fors cæca versat* inquit Seneca Thebaid. sic *Aristoteles de spe*  
dixit: quod sit ἐγρηγορός ἐνύπνιον. Et sanè de spe mundanâ  
quæ instabilis incertaq; solet esse verum experimur illud Op-  
piani ἀλιευτικ. 1. v. 36. ἐλπὶς δ' οὐ σταθερὴ σάβη.

*Φρένας ἢ ὄνειρος.*

& *Cæcili*: *Nihil ego spei creda omnes res spissas facit.* Cum spe autem  
Christianâ aliter comparatum est, quam rectè Apostolus περιε-  
φάλαγγα τῆ σωτηρίας 1. Thessal. 5. v. 8. Eph. 6. v. 17. vocat phrasi  
(ut solet) de sūra ex Prophetâ qui Messiam indutū 𐤀𐤓𐤁𐤀  
dicit Esa. 59. v. 17.

CLXX. Sed & omnia illa dogmarum portenta, quæ quoquò  
modò hanc flammam in humanis cordibus extinguere inhumana-  
niter

airer satis allaborant. Sicut enim omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem quæ est in justitia, ut Dei homo *ὁ ἄνθρωπος ἕως τοῦ ἁγίου πνεύματος* fiat, 2. Tim. 3. v. 16. 17. ita quæcunque scripta sunt in nostram doctrinam præscripta sunt ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus: quum præsertim speratum bonum caput sit doctrinæ Christianæ & ipsa ipsa primum limen vitæ æternæ: Sicut consolatio quæ spem suscitât non postrema pars est fidei salvificæ immò primum caput institutionis rei divinæ.

CLXXI. Hæc igitur illa virtus est, quæ Dei throno proximos nos facit & locos cedit ut monet *Theophylactus* in cap. 7 Hebr. p. m. 216. a. quæ cælum permeans promissorum nos compotes, & ut in his planè versetur efficit, tametsi in terris videamur consistere. Hujus virtutis tanta, ut cælestes reddat quæ incolunt terram ut idem scribit in cap. 6 p. m. 213. 6. Contra maledicta sit omnis desperatio quæ arguit Deum mendacij ut loquitur *B. Augustinus* Manuali c. 23. quia dulcissimum Patris nomen tollit, Immanuelis sanctissimum commercium evercit, saluberrimum Spiritus Sancti pignus contemnerat, & omnia facit male, sibi tamen omnium pessime.

CLXXII. Ex quibus percensitis longius, clarum est axioma theologicum: Ubi datur fundus desperationis, in eo non potest ædificari fundamentum Christianæ religionis. Viderint proinde Adversarii, quomodo stantibus cruentis suis hypothesebus ex desperabunda absoluti decreti abyssis spem solide Christianam & Christiane solidam producere velint; quo jure item quæve injuriâ nobiscum consensum in fundamento jactare possint. Nos ita pergimus.

CLXXIII. Quodcumq; dogma & in fide & in vita & in morte vivos consolationum fontes præstruit, & desperationis scalam componit, illud in fundamento nobiscum non consentit, sed in eo vel maxime errat. Talis est *Calvini* & ejus in hac parte Sociorum. Ergo Connexio ultro patet & ex paullo ante dictis ulterius roborari potest.


CLXXIV. Minorem per membra confirmamus. 1. CALVINI doctrina in fide vivos consolationum fontes præstruit. Docet hoc

præter alia impia ipsius dogmata, quæ jam requiescimus, sæpius dictum absolutum decretum: ex quo qualis in fide profluat plethorophoria, qualis theologia contemplativa satis superq; superiorem vidimus. Ulterioris claritudinis gratia tabella *Clariss. & Excellentissimi D. D. Meisneri Præceptoris & Præsidis nostri meritissimi* addi potest, qua eleganter & breviter summa totius discursus Calvinistici tum quoad distinctos divini decreti actus tum quoad determinata exsequutionis media annulatim hæc scala proponitur: disput. XIV. *Αυθρωπολ. S. quæst. 2. post. thes. 7.*

GRADUS decreti.	Propositum de manifestandâ gloriâ in hominibus.	
1	Absolutum decretum de quibusdam glorificandis.	
2	Glorificandotû specialis præscientia	
3	Præscitorum dilectio	
4	Dilectorum electio	
5	Electorum prædestinatio	MEDIA ex-
6	Prædestinatorum Creatio	sequutionis.
	Creatorum Corruptio	1
	Corruptorum redemptio	2.
	Redemptorum vocatio	3
	Vocatorum fides	4
	Fidelium justificatio	5
	Justificatorum conservatio	6
	Conservatorum glorificatio	7
	Ex hac glorificatione orta divinæ gloriæ manifestatio.	8 9

CLXXV. Hæc doctrina omnem spem afflictis conscientis eripit & contra desperationem inducit, quum ex puris particularibus nihil sequi crudeliter nimis inde Satan queat excipere, & ex his scalis alias vere gemonias *exstruere*, de quibus jam ulterius.  
CLXXVI. Qualis enim secundò loco fiducia ex istâ theoriâ, Calvinisticâ oriri possit in vitâ humanâ, perspicuum cuivis esse arbitra-

arbitramur. Etenim quum ipsa nihil aliud sit nisi perpetua  
 quedam peccandi fabula, & poenarum, quae justissime culpam ex-  
 cipiunt, officina: inde fit, ut jugi peccatorum remissione & cruci-  
 cis calamitatumq; fomento; & ibi quidem ad fiduam prece, in fi-  
 liali patientia; utrobique pace apud Deum. fide vero & spe in cor-  
 dibus nostris, opus sit. Quomodo autem id fieri possit ex no-  
 strâ doctrina loculentè & firmiter; quomodo item ex Adversa-  
 riorum somnio de absoluto decreto omne solatii & spei robur  
 eyellatur parvâ tabellâ adumbrare juvat.



CLXXVII. Pro cuius faciliore intellectu paucis annotabi-  
 mus 1. fundamentum 2. explicationem. 3. usus. 4. applicatio-  
 nem 5. differentiam & nostræ & Calvinianæ doctrinæ. 6. tandē  
 exemplum.

CLXXIIX. 1. Fundamentum seu sedem huic tabellæ loca-  
 vit jamdudum Apostolus Roman. 5. vers. 1. 2. & seqq. ubi non  
 tantum per elegantem *κλίμακος* crucem spei Christianæ proavi-  
 am & vitæ æternæ abaviam facit, sed etiam distinctos actus ho-  
 minis Christiani cruce pressi constituit, quando scribit, *Iustificati ex fide pacem habemus erga Deum per DOMINVM nostrum IESVM CHRISTVM: per quem & contigit nobis, ut fide perduceremur in gratiam hanc, in quâ stamus & gloriamur super afflictionibus, scientes quod afflictio patientiam pariat, patientia vero probationem, probatio autem spem, porrò spes non pudefacit, quod dilectio Dei effusa sit in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis: CHRISTVS enim quum adhuc essemus infirmi iuxta temporis rationem *καὶ καὶ γὰρ* pro impiis mortuus est.*



CLXXIX. Ex quibus verbis per facul etiam altera climax priori  
e diametro contraria cum suis actibus extruitur, quum con-  
trariorum eadem sit ratio, eaq; inter se opposita optime illustren-  
tur. Iam verò utraq; scala habere debet terminum tum à quo  
tum ad quem. Ille Deus est opt. MAXIMUS, hic gloria & salus  
hominū æterna. Uterq; terminus per τὸ μεταξὺ h. e. per ordinaria  
media, ut sunt vocatio universalis, dilectio generalis, meritum  
Christi Catholicum, verbum & sacramenta, combinatur, quæ  
Apostolus plæraq; omnia dicto loco & scriptura alibi etiam plu-  
ribus innuit.

CXXC. II. Explicatio considerat Tentantem tentatum  
& tentationem. Qui tentat ad bonum scilicet & vitam, Deus est:  
inmittens crucem piis, pœnam & calamitatem impiis: iis ad ex-  
plorationem, his ad conversionem, utrisq; ad correctionem: me-  
dia utrisq; sufficientia constituit: iis in confirmationem, his in  
emendationem, utrisq; ad salutem. 2. Hæc media Tentati Pii  
quos locavimus ad dextram arripiunt, ad DEUM vocantem ac-  
cedunt, in dilectione Patris adquiescunt, in meritò CHRISTI  
exultant, in fide per verbum triumphant: Contra impii non  
tantum non accipiunt, sed etiam præfractè repudiant, a Deo vo-  
cante fugiunt, in fugâ vacillant, variisq; insuper erroribus & ter-  
roribus implicantur. 3. Sicut ergo Tentatio apud illos pati-  
entiam, patientia experientiam, experientia spem, spes gloriã pa-  
rit: ita apud hos pœnæ & calamitates impatientiam, hæc cœcita-  
tem, cœcitas desperationem, hæc tandem confusionem profert  
& ignominiam.

CXXCI. III. Usus est varius: præcipuè autem conducit  
*πρὸς διδασκαλίαν*. Docet enim homines fideles intra terminos  
sui Christianismi & justificationis manere, caver securitatem,  
tollit præsumptionem & c. *πρὸς ἐπανόρθωσιν* corrigit piorum mo-  
res in melius, impiorum vitam emendat, fidem utriusq; infor-  
mat *πρὸς παιδείαν* instruit cor fidele verò solatio, exsulans in  
hoc mūdo necessariò pabulò, peregrinabundum ex hoc mundò  
salubri viatico: & tandem *πρὸς ἔλεγχον*: adversariorum  
impietatem detegit: de quò paullo post plura.



CXXCII. IV. Adplicatio. Ideoque facillimè jam quilibet Christianus adplicare hanc tabellam suæ vitæ potest & ad eam omnia suæ fabulæ dramata referre. Nec enim quemquam tam existimamus esse in terris Polyeratem aut Cræsum, qui non Cræsi etiam aut Polyeratis sortem interdum suo modò experiantur. *In statu prosperò solamine non adeo opus, quum ipsa prosperitas ubiq; solatii argumenta ingeniose satis sibi effingere possit: ideoque de casu afflictionis hic potissimum agimus.* Eum autem non uno humero ab hominibus, portari videmus, quia non omnes æquiter instituti & ad illum tolerandum comparati sunt. Quidam enim inveniuntur bene exercitati in schola CHRISTI, firmiter fundati in doctrinâ fidei, sufficienter armis spiritus instructi; & hi sunt pii & conversi à dextrâ locati. Apud hos tales res omni difficultate caret, itq; facillimè ut cooperatores gratiæ, in tranquillitate conscientiæ se ex crucis & calamitatum labyrintho extricare possunt: (quamquã & hic magnâ circumspeditione opus, quum qui stare sibi videtur ne cadat, videre debeat. 1. Cor. 10. & sanctissimi Dei homines gravissimis eribrationibus & tentationibus ob certas causas exponantur.)

CXXCIII. Quia autem non ex parvis ejusmodi sanctis sancta Dei ecclesia constat, sed bona pars est publicanorum & peccatorum poenitentium; & Petrus conversus convertere debet fratres suos; quia præterea de malis desperandum non est monente *Augustino, sed pro ipsa ut boni fiant studiosius supplicandum, quum numerus sanctorum semper de numero impiorum auetus sit* l. de vera innocentiæ. c. 184. quia insuper ad vitiositatem e bono facilior est prolapsus, quam ad hoc ex illa reditus & quia demum *Status adversus prospero sapissimè succedit: ideoque difficilior transactio etiam videtur cum iis, qui vel mundo sunt immergi, vel peccatis retri, vel fulmine legis tacti, vel luce veritatis nimia excocati, qui verbum & Sacramenta vel præfractè contemnunt, vel ad odorem mortis & judicium accipiunt, qui in cruce fremunt, in angustiis tremunt, unò verbo qui impij sunt & adhuc convertendi in altero latere in desperationis scala versantur.*

CXXCIV. Hic

CXXCIV. Heic ergo talem hominem in quocunq; etiam labſu jaceat tutò adgredi poſſumus firmiſſimis datis gratiæ hypothecis & conſolationum fundamentis: ita, ut peccator ipſe in quacunq; etiam deſperationis ſcalâ ſe hæere perſentiſcat, tuto reverti, ad portum, Dei ſcilicet intimam miſericordiam, univerſali vocatione, gratiâ, meritò & efficaciâ conſpicuam, ſe recipere, inq; caſtra altera, nempe ad dexteram ſecurus tranſire poſſit. Ira verbi cauſa; is quem pœnæ ad fugam à Deo compulerunt, dulciſſimis vocationibus; CHRiſti rectè reprehendetur & revocabitur ut ad Deum tamq; ad patrem accedat, & crucem ſignum paterni animi agnoſcat Sic David יְהוָה in feſtinatione ſua ad Dominum converſus omniũ hominum auxilium mendacii arguebat & irritum proclamabat. Pſal. 116. v. 11. alibi in feſtinatione ſuâ & quãdo etiam ad terrores ferè pervenerat Pl. 31. v. 23. per preces ad dominum acceſſum parabat, & ſpe ſua damna levabat. Ita qui impatientiam ſentit, & in fugâ ſuâ à Deo vacillat, feliciffimè ſuſtentatur univerſali gratiâ Dei, ut diſcat conſiſtere in cruce & adueſcat patientiæ. Et ſic de reliquis: ubi ſimul ea quæ inferiora ſunt ſuperiora plerumq; involvunt, unde & cathenatâ curâ felicius ſanantur. Itaq; quum deſperatio Cœcitate, hæc impatientiam, iſta pœnas præſupponat, non incòmode etiam principalia beneficæ voluntatis divinię argumenta omnia quæ exponebãtur, ſimul adhibentur.

CXXCV: Tenter jam *Calvinianus* & hominem in hac harena conſtitutum ſolamine firmo inſtruat: in pœnis ſanè à fugâ cohibere non poteſt; quia vocatio eſt ſigni. In Impatientiâ vacillantem erigere nequit quia obſtat arcana voluntas & abſconditum decretum. In cœcitate & erroribus liberare non valet, quia meritum CHRiſti tantum ſufficiens nō autem efficiens; hoc eſt nō ideò effuſum ut omnes redimere omnino debeat. In deſperatione à terroribus mortis & laqueis inferni ſolvere non ſufficit, quia obſtat præſcientia Dei, quæ ſemper, ſi adverſariis credimus, cum neceſſitate eſt conjuncta: Ex omni parte obſtat *abſolutum* decretum.

CXXCV. His

CXXCVI. His ita constitutis V. Differentia patet doctrinae nostrae intercedens cum Adversaria.

1. Nos enim ad dextram collocamus pios; ad sinistram impios: Calviniani ibi electos, hic reprobos & damnandos.

2. Unde Scalam faciunt, fatalem, & gradus in ea absolute necessarios, ita ut electi excidere numquam e gratia & amittere Spiritum sanctum totaliter possint. Nos firmam quidem & compactam statuimus; sed tamen ita, ut ex illa ad hanc & rursus ab hac ad illam possit fieri transitus, secundum maxumam Propheticam Jechezkel 18. v: 21. &c. exemplorum sacrorum frequentiam, & communem rei experientiam.

3. Calviniani, quia ex sua doctrina omnia, quae vult Deus, fiunt & quae fiunt, Deus voluit, eò scilicet, quod voluntas ipsius nunquam ociosa, sed semper operosa & efficax est; ideoque hoc loco omnia à Deo procurari ajunt, tum ea, quae ad dextram spei & saluti suorum electorū inserviunt, tum quae ad sinistram efficacem incredulitatem & finalem desperationem reproborum caussantur. Nos contra ex æquo omnium hominum salutem sitire Deum firmiter statuimus, caussas autem desperationis, omnesque ejus gradus & actus longissime ab eò removeutes aliis adtribuendos esse novimus.

4. Tandem & quod forte primarium, nostra doctrina Scalae ad sinistram regiam & planam planè viam struit ad Dei gratiam & misericordiam, & inde in omnibus dubiorum gradibus ad scalam misericordiae divinae confugere docet. Calviniani hanc viam omninò præcluserunt, & retentis sanguinariis suis hypothesebus à desperationis ad gratiae scalam ducere non possunt, quod ulterius docebit exemplum.

CXXCVII. VI. Detur enim tentatus v. g. *Franciscus Spiera*, cujus historiam præter Thuanum, qui duobus saltem verbis eam attingit. l. 5. pag. 102. Schleidanus aliquanto pluribus luculentissime autem omnium, quidam ex ejus rei presentibus Doctor Juris, quo ad primum triduum descripsit. Hic constitutus in primò gradu desperationis, qui fuga est à Deo, erigi debet & ab interitu reprehendi; accedente impatientiâ & murmure debet à vacillatione ad patientiam perducì; crescente tenta-

H tione



ratione ex coecitate & erroribus ad experientiam Christianam deducendus, & omnino ex abyſſo desperationis & terroribus mortis ad ſpem vitæ æternæ revocandus eſt. Accedat miniſter Calvinianus & hominem funibus mortis impeditum, & torrentibus Belijaal perturbatum ſoletur, dicta undique magno ſtudio conquirat, quæ loquuntur de miſericordiâ & paternâ voluntate Dei, de efficacia ſanguinis CHRISTI, inculcet exempla ſanctorum, & præſertim Petri negantis Chriſtum: Omnia iſta erunt fruſtra. Tentatus excipiet: ſe quidem ea credere: ſed nihil ad ſe ea omnia pertinere, quum ſolos electos tangant: Deum ſe neque amare, neque à ſe ruruſus amari, quia filium non pro ſe dederit, neque umquam voluerit, ut una cum aliis ſalvari debeat. Heic miniſtro Calviniano quamdiu cruentum decretum ſui Magiſtri deſenſaverit, aqua hærebit; & ipſe tamquam muſ in pice: nec quidquam ſolidè obvertere poterit, ad quod non decies excipiat tentatus.

CXXCVIII. Et ſanè ſi hiftoriam illius tragici caſus contemplamur talibus ignitis telis miſerum hunc hominem à Satanâ petrum cognoviſimus: ut nobis vero haut abſonum videatur. Spieram occasione doctrinæ Calvinianæ, quæ tam ſupra Horizontem caput exſerere coepit, in iſtos animi labyrinthos conjectum eſſe, ut quomodo inde ſe extricaret ex hypotheſibus Calvinii non inveniret: quod quidem eò vero fit ſimilius quum reſ geſta ſit anno Domini 1548. quo ad Italos facillimè penetrare ſe potuiſſe hoc horridum dogma Calvinii, exemplum Hier. Zanchij Florentini, ut alios taceamus, docere nos poteſt: præſertim quum omnia ipſius deſperabunda verba ex culinâ abſoluti decreti Calvinii proveniſſe videantur. Inter alia enim ipſius verba & hæc ſatis perterrita ad Vergerium: Ich glaube alles was ihr geredet / Daß es wahr ſey / auch die Teuffel in der HELL glauben vnd zittern. Ich kan aber nicht bey mir ſchließen / Daß ſolches mir zu gut geſchehen / meine Sünden ſein zu groß / habe nichts denn ewige Straff verdienet / wolte gern die Gnade vnd Barmhertzigkeit Gottes erlangen / Ich vermags aber nicht zu thun / kan auch ſolches nicht mit Glauben ergreifen. Gott hat Petrum angeſehen den zu gnaden angenommen / mich aber nicht: Er iſt angenommen.

B. 3. a. b.

nommen denn er war in der zahl der Außgewählten / Ich aber  
 bin in der zahl der Verworfenen / etc. Et paulo ante B. 1. a Er  
 (Franciscus) wündschet an des Judæ / Cains oder eines an-  
 dern verdampften Menschen stat zu seyn / allda Gottes Zorn/  
 Straff vnd ernstlich Gericht zu erwarten. Bekennet daß  
 Gottes Gnade viel grösser sey denn alle Sünde / Komme ihm  
 aber nicht zu gut / denn weil er ewig von Gott verworffen / vnd  
 aus der zahl der Außgewählten außgeschlossen: Christus habe  
 nicht vor ihm / sondern allein für die Außgewählten gelitten  
 vnd gestorben. Darümb werde er den andern zum Exempel  
 jezund schrecklich gestraffet vnd verworffen.

CXC. Omnino hoc constat, Spieram si non ex doctrina Calviniana,  
 tamen ex doctrina Calviniana ad desperationem adductum esse;  
 hoc est ex illis horribilibus imaginationibus, quas plena tali so-  
 lamine scil., doctrina Calviniana in crustat. Et ut hunc nodum seca-  
 rent Polanus Zanchius alii, Spieram falso statuunt peccatū in Spi-  
 ritum sanctum commisisse. Quemadmodum enim non doctri-  
 na Luteri, quippe qui demum ante hoc seculum puritatem verbi  
 per Dei gratiam restituere cœpit, sed doctrina Luterana omni tem-  
 pore piis fuit Catholica, vera inquam doctrina Ecclesiæ & via  
 salutis quæ post labsum in paradiso cœpit & ad finem usq; sæculi  
 in vera Dei Ecclesiâ continuabitur: ita antiquus serpens Dei &  
 fidelium adversarius internecinus saluti hominū & gloriæ Dei  
 contra semper tendens, perpetuos Ecclesiæ Dei fecit ludos etiam  
 in hoc articulo, excitans subinde homines nequam, qui vel sub  
 atro necessitatis tegmine, vel candido divinæ justitiæ involucro in Ecclesiâ  
 & extra eam ante & post Christum natum DEO OPT. MAX.  
 apertè vel callidè culpam mali aut voluntatem aut causam ad-  
 fricarent, quales suo tempore increpat Syracides, c. 15. v. 11. 12.  
 μή ειπης ὅτι αὐτός με ἐπλάνησεν (alii ἐπλασεν) & ἴδ' ἡσθία ἔχει  
 ἀνδρὸς ἀμαρτωλοῦ. Sed de illis alibi uberius.

CXCI. Nos videamus, ut dum nomen Calviniana fugimus ne  
 imprudentes in impia illius dogmata ruamus, & dum theoriam  
 averfamur ne nescii in praxin impiam implicemur. Quem-  
 admodum enim Deus etiam per ministrum Calvinianum hypo-  
 theses Luteranorū veras in praxi adsumentem, (id quod plerosq;

H 2

etiam

etiam facere constat) in infirmis efficax esse potest: Ita non insolens est Diabolo multa fidelium pectora verâ doctrinâ & consolatione scripturarum ex Schola Apostolorum & Prophetarum munita, nihil sequius Calvinianis insultibus absque Calvini nomine turbare, ut sicut illi in theoriâ fallunt & falluntur, in praxi contra vera nobiscum proponunt: ita hi in theoriâ quidem rectè sentiant, in praxi contra abyssò Calvinianarum turbinum abripiantur, & lateri lethalem harundinem hærentem circumgestent.

CXCII. Agnoscamus igitur *ingenia Diaboli* monet Tertullianus in fine de Corona mil. pag. m. 457. *quia semper operatur & adjicit cotidie ad iniquitatis ingenia. ut idem subjicit de virg. veland. init. p. m. 490. & tamquam diversis machinis sic innumeris utitur argumentis: & quum certamini manifesto cedit, ad hoc se victum demonstrat ut vincat, ad hoc fugam simulat, ut persequentem missis post tergum sagittis occidat Fulgent. ad Probam epist. 3. p. m. 505.*

CXCIII. Tandem eadem etiam ferè ratio est mortis & extremi vitæ duelli cum noxio Dæmone & morte depræliandi, ubi pari modo firmo solamine destituuntur homines, quamdiu dogmata Calviniana præsupponuntur. Nisi quod pugne ut hic solent esse graviores & victoriæ proinde gloriosiores: ita qui illas impediunt & produnt, has intervertunt, censendi sunt perniciosiores. Quum enim mors Augustino à morfu dicta ex l. i. Hypognost. cont. Pelagg. Peripato philosophico audiat τὸν Φοβερῶν Φοβερῶτα τὸν quippe quæ Carnem & Sanguinem non modo corrumpit verum etiam consumit, ut loquitur Tertullianus de R. C. p. m. 81. Consolabilis illa doctrina & verè salvifica, quæ bene mori docet hominem, & melle divini verbi dulcissimo hanc amaritudinem inviscat, ut vitæ hujus mortalis pausa homini fiat *Φαρμακευτικὴ καθάρσις τῶν ψυχῶν ἢ τῶν σωμάτων* verbo Methodii, non tantum non horribilis: sed & desiderabilis, omnium malorum præsentium finis, laboris clausula, quietis principium secundum August. de visit. infirm. l. i. c. 6.

CXCIV. Ideoque quum præter ea, quæ scala nostra expresse nominabat, hominem moribundum cogitationes subire soleant tum *interius* vel *de propriâ indignitate*, quæ peccata juvenutis

ventutis in memoriam revocat; vel de particularitate, ubi exempla sanctitatis Patriarcharum Prophetarum scrupulum augent, vel de perseverantiâ I quam tentationem rabies Diaboli exaggerat: *tum exterius* præter alia morborum & mali magnitudo languoris diurnitas, relictæ pupilli & orphani &c. & quæ sunt similia: in internâ pugná primo ictui rectè opponitur dignitas & meritum CHRISTI ejus sufficientia & efficientia: Secundo grâta Dei æterna & infinita quæ omnes homines sub peccatum conclusit, ut omnium misereatur: quandoquidem Deus unigenitus humanam naturam dilexit ut cum non solum à potestate mali angeli liberet verum in seipso super omnes bonos Angelos in Patris dexterâ collocaret, monente Fulgentio serm. de dupl. nativ. Christi, p. m. 631.

CXCV. Tertio doctrina salutaris de efficacia & exuberantiâ *χαρισμάτων* Spiritus sancti in verbo & sacramentis oblata, Spiritum enim sanctum habere, ultra naturam & perfectionem hominis est, ut possit quæ Dei sunt. Augustin. quæst. V. & N. T. 123. A. In prælio EXTERIORE suavissima doctrina succenturiatur de omnipræsentiâ Immanuelis nostri etiam secundum humanam naturam, quâ succurrere nobis voluit, quum divinam ferre non potuissemus. Quæ omnia quum Adversarii negent, ediferant vel tandem nobis quomodo hominem moribundum rectè solari velint, & nobiscum in fundamento consentire possint.

CXCVI. Nec quidquam valet exceptio, suam doctrinam quoad tertium præsertim membrum de perseverantiâ, firmiorem & solidiorem esse in consolando quam nostra. Præterquam enim quod Scripturis hæc doctrina ignota est. 2. Et proinde falsa non dicenda sunt, ut inde evincamus vera: sicut nec facienda mala ut eveniant inde bona Roman. 3. dubiosa insuper est, quia nemo certus esse potest; se talem fidem habere. 4. Secura: quia in præsumtionem homines præcipitat. Nec minus. 5. desperabunda quia alios in desperationem. Proinde firmiorem nos amplectentes sententiam, semel justificados amittere posse Spiritum sanctum statuimus: quando videlicet opera carnis perpetrant & ab iis captivi ducuntur. Secundum

manifestum Scripturæ tenorem Rom. 8. v. 8. & 13 Gal. 5. v. 19. 288  
A quo n. quis superatus est hujus & servus 2. Pet. 2. v. 19. Hæc n.  
scripturis 1. *Sacris determinata* intra terminos conscientias homi-  
num continet, aberrantes reducit, reductos confirmat. 2. *Vera*:  
quia scopum scripturæ attingit, bonos confirmat, malos cor-  
rigit, & utilis est ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctio-  
nem, ad institutionem &c. 3. *Certa*: quia firma, ratione fun-  
damenti, fidelis ratione durationis & constans ratione perseve-  
rantia. 4. Hinc est in pia securitate *timida*: & rursus in fideli  
timore *secura*, quia cum timore & tremore operari salutem  
docet; & ita tamen timet ne desperet. *Nec enim desperandum de  
remissione peccatorum nec in illis permanendum August. 1. de fide ad Pet.  
c. 3.* Atq; huc pertinent *elegantæ cautiones* de spe fidelium:  
quod 1. *semper* debeat esse cum *timore Dei* conjuncta. 2. *fide*  
verâ instructa. quia *spes* sine timore luxuriat in præsumtionem;  
& *timor* sine spe degenerat in desperationem. Propterea simul  
habendæ sunt, ut eas conjungens David inquit: Qui timent in  
Dominum speraverunt in eum. *Hæ sunt duæ molæ inter quas moli de-  
bet cor hominis ut inde panis fiat delectabilis Domino*, ut scribit Hugo in  
Psal. 115. ex Gregorio. 3. *Cum pœnitentiâ copulata. Quia in-  
aniter hominem pœnitet, si dum pœnitentia geritur indulgentia desperatur:  
& frustra indulgentia speratur sine peccatorum pœnitentiâ ut scribit Fulgent.  
ad Venant. de pœnit. & retrib. fut. p. m. 565.* Unde salubris con-  
versio (qualis tota vita Christiani hominis esse debet) *duplici ra-  
tione consistit, si nec pœnitentia sperantem, nec spes deserat pœnitentem si ex  
toto corde quispiam renunciet peccato suo & toto corde spem ponat remissionis  
in Deo*, ut paulò ante scribebat pag. 564. 5. Ab adversariis ad-  
probata. Convicti enim ex ipsis aliqui in motis scripturæ fun-  
damenti, jam dudum quoad hunc etiam articulum in nostra  
castra transierunt. Qui voluerit consulat de hac materiâ eru-  
ditum P. Bertii scriptum cui titulum fecit *Hymenæum deser-  
torem*

CXCVII. Igitur concludimus & desperabundam esse  
Calvinianorum doctrinam adseveramus: pro coronide floscu-  
lum solatii Calviniani decerpentes ex aureâ cathenâ *Rennecheri*  
pag. 117.

*Electis*



Electis vitia fugienda, non autem perpetranda sunt. Deinde qui se reprobos esse putant, ob id illis male non agendum est, sed omnia mala maxime illos odisse & fugere oportet, ne gravioribus sceleribus graviores quoque damnationem in sua capita accersant. Nam longe mitius cum illis agatur qui vitia haec vel illa fugiunt, nec se omnibus criminibus & peccatorum inquinamentis polluant, quam cum illis, qui omnibus sceleribus & flagitiis indulgent, & se illis non secus quam sus luto contaminant & commaculant. Nam haec est divinae justitiae norma, & inmutata regula ut supplicia peccatis adequentur. Itaque graviora & atrociora scelera gravioribus etiam & atrocioribus supplicijs puniuntur. Quapropter mala vitasse & bonum fecisse ipsis etiam reprobis prodest. Nam sic poena damnationis allevatur & mitior redditur.

Quamdiu istos & similes flosculos retinent Calviniani  
 Ἰσχυροῦς merito audiunt Iobici c. 13. v. 4. c. 15. v. 2. ita, ut quid solidi D. nostro Phil. Nicolai de hac ipsa materia discurrenti responderet Pierius non inveniret, ut videre est in eorum pugna, lingua maternam instituta. Nostri, qui volent, videant Pierium: Adversarii nostrum Phil. Nicolai tom. 5. Germ. oper. in exam. examinis pag. 372. Item: Sein Sieg vnd Frewdentritt. pag. 865. 866. 867. & seqq.

ἀνασκευή.

Argumentorum partis contrariae.

CXCIIIX. Restat igitur ἀνασκευή, in qua omnia adversariorum argumenta diluere, instituti praesentis haut esse arbitramur: quum id a nostratibus Theologis & praesertim ab iis, qui Paræanam Irenen nostris defenderunt Ecclesiis dudum sufficientissime sit expeditum, & praeterea illud studium ad acumen dissertatoriam pertineat. Uno tamen alteroque pro tempore contenti erimus. Quum enim primariae controversiae Cardo in eo agatur, quod dissensus in fundamento aut omnino sit nullus, aut certe parvissimus: quæ contra utrumque principaliter adferuntur, strictim examinabimus, ut ex isto impudentia, ex hoc cauteriata conscientia hominum vanissimorum deprehendatur.

CXCIX. De primo ergo ita scribit Paræus in Irenico pag. In his capitulis quatuor (de lege sc. Dei, de Symb. Apost. Oratione Dom. & de



& de sacramentis) nostra quidem sententiâ si populariter loquendum sit, fundamentum fidei & salutis Christianæ latissimè extensum consistit. Hæc enim qui fide tenuerit & fecerit, saluus procul dubio erit, quantumvis reliquas disputationes Theologorum ignoraverit. Qui verò hæc ignoraverit vel sciverit quidem, fideli autem corde non tenuerit, nec fecerit, saluus esse non poterit.

Hæc Paræus: ex quibus verbis nos tantum sumentes ea quæ ad θεσιν nostram faciunt, i. notamus quodnam ex sententiâ Adversarii sit fundamentum fidei, nempe populariter loquendo capita Catechetica.

CC. Quod acceptantes nos, inferimus:

Si populariter loquendo capita Catechetica sunt fundamentum fidei; utiq; controversiæ in iis capitibus latentes adcuratè loquendo erunt articuli fidei. Ratio est: quia simplex veræ θεσεως agnitio est popularis; discreta autem ἀντιθεσεως evolutio est adcurata. Res utrobique eadem: modus tantum variat & personæ: Ibi simpliciter vera doctrina proponitur: hic falsa etiam refutatur. Ibi civitas Dei ædificatur: hic Diaboli simul destruitur. Illa auditorem, hæc Doctorem potissimum concernit. Illa conscientiam sustentat: hæc scientiam informat. Nisi igitur Paræus scientiam cum conscientia amittere, cœlum cum terrâ miscere, suam eruditionem cum rustici simplicitate permutare voluerit, nervum sequellæ largietur. Iam verò & prius dedit. Nos igitur adsumentes posterius, ulterius sic progredimur.

CCI. Si controversiæ in capitibus Catecheticis latentes adcuratè loquendo articuli sunt fidei; utique dissentiens utraq; pars vera esse non poterit, & Paræus incassum laborat in concilianda luce cum tenebris. Ratio est. 1. Quia utraq; contradictoriarum simul vera & falsa esse nequit. Ut v. g. Si hæc, Deus omnes homines vult salvari, vera est: illa altera falsa erit: quæ dicit contrarium, Et sic deinceps. 2. Ideoq; quia nostra sententia vera est, ut ἐκὼν ἀέκων concedere cogitur Paræus; 3. Ipsorum falsa erit, quia sunt sententiæ contrariæ: & vera ex illis articulos fidei non populariter, sed adcuratè loquendo in capitibus catecheticis latentes agnoscit pro fundamento: quo falsa non  
solum

solum destituitur, sed & enormiter in id impingens ever-  
titur.

CCII. Jam ulterius eundem; & singula catecheseos capita  
erant examinanda: èque iis accuratior evolutio deducenda &  
instituenda: quia verò tela aliàs longior præter omnem spem  
facta est; & hæc diductio non omninò difficilis videtur: quia  
etiam omnes & nostrorum & Adversariorum libri, omnes Syn-  
odi vel Colloquia, omnes nundinæ, totumq; adeò elapsum  
ferè sæculum testatur, hunc dissensum nostrum in articulis fi-  
dei fundamentalibus: nos qui disputationem texere memini-  
mus non librum hic labori illi supersedentes ea interim quæ su-  
perius dicta hic relegere jubemus.

CCIII. Deinde 2. exponit *quatenam* debeat hoc fundamen-  
tum esse: nimirum ut se explicat, sufficiens ad salutem. Nimis  
autem strictus hic adversarius, tanquam Canis è Nilo bibit:  
proinde nos defectum hunc corrigentes ad sufficientiam istam  
tria requiri statuimus.

1. *Est scientia eorum quæ sunt ad salutem necessaria.* Sperari enim  
nihil potest, quod non creditur. Augustin. enchir. ad Laurent.  
cap. 8. Quæritur ergo iterum, quænam sint necessaria? Resp.  
Christus Luc. 10. v. 41. 42. Martha, Martha & c. Unum est neces-  
sarium: Maria optumam partem elegit: hæc non auferetur ab  
eâ. Hæc pars erat auditus verbi cui Maria incumberebat; ex  
quo fides Rom. 10. v. 14. 18. & agnitio Christi quæ salvat mul-  
tos Esa. 53. ad vitam æternam Ioh. 17. v. 3. Quomodo autem  
concordet nostra doctrina in fundamento salutis cum doctri-  
nâ Adversariorum, quum illius utrobique diversitatem in causâ  
efficiente, meritoria instrumentali, *δεσπικῆ* & finali agno-  
scamus.

CCIV. Et hæc scientia apud rudem etiam populum debet  
esse. 1. *Vera* sine omni falsitate. Ubi enim falsitas, ibi non  
scientia dominatur, sed ignorantia potius superbe grassatur.

2. *Pia*: Sine omni maliciæ fermento. Nam scientia sine  
pietate domus est sine fundamento: *Et errat quisquis putat verita-  
tem se posse cognoscere, quum adhuc nequiter vivat: Nequitia est autem  
mundum istum diligere, & ea, quæ nascuntur & transeunt, pro magno ha-  
bere,*

bere. & ea concupiscere, & pro his laborare ut adquirantur: & letari quum abundaverint: & timere ne pereant: & contristari quum percunt. Talis vita non potest puram illam & sinceram & incommutabilem videre veritatem & inherere illi & in æternum jam non moveri. Augustin. de agon. Christ. c. 13. p. 321.

3. *Suo modo perfecta.* Neque enim sufficit nuda capitum istorum *iniqua* nosse; quum & omnes hæretici Pontificij, Anabaptistæ, Phoriniani ea novisse & recitare queant nec facile rejiciant: sed plenè cognoscere debent, quis sit iste, qui se redemerit: ex qua miseria, ad quam vitam, quomodo & quare se redemerit. Ea discunt nimirum ex decalogo & Symbolo Apostolico. Scire insuper debent, quomodo fides rectè sustentetur, quomodo item obsignetur: Illud per preces & Orationem Dominicam: hoc per doctrinam de Sacramentis docetur.

CCV. Itaque ergo scientiæ hujus *Veritas* sedem figit in **CORDE** puro: *Pietas* in **BONA CONSCIENTIA**, *Perfectitudo* in **FIDE** non **FICTA** ut ordinem Augustini huc adplicemus. de doct. Christ. l. 1. c. 40. Et sic apud ipsos quoque simpliciores, de quibus populariter loquitur *Paræus*, *Precatio tollit falsitatem & informat cor purum: meditatio corrigit impietatem & sustentat conscientiam: tentatio aufert imperfectionem & confirmat fidem non fictam.*

CCVI. II. **FIDES** eorum quæ scimus. Nec satis est scire historiam de **CHRISTO** veram esse, quum & Diaboli credant sed contremiscant, *Jacob. 2. v. 19. quæ fides (sanè) non operatur per dilectionem sed exprimitur per timorem* Augustin. de fid. & oper. cap. 16. Sed etiam credere debemus. Et credere eam omnes qui salvari volunt secundum omnia capita quæ monstrat **Symbolum Apostolicum** oportet: i. *In simplicitate* ne rationi dominium tribuatur. Nam *si quis hic non ambulaverit per fidem non perveniet ad speciem* Augustin. de fid. ad Pet. Diac. prol. p. m. 279. b. & dulcissimè *Hugo* inquit:

*Si ratio subjecta Deo: si mens rationi:*

*Si menti caro sit subdita; vivit homo.*

2. *In fidelitate* ut ad sensus mysterii fidei subjiciatur. **Fides** enim prima est quæ subjugat animam Deo Augustin. de Agon. Christ. c. 13. p. m. 321. a.

3. *In veritate & constantia* ut mens Deo subjecta in terminis pietatis rectè & constanter retineatur. Illic & istic humilitate: hic constantia & fortitudine opus.

CCVII. III. FIDUCIA eorum quæ CREDIMUS. Non enim satis est scire & credere ea, quæ vera sunt; alias omnes qui in Ecclesia, etiam hypocritæ, viva essent Ecclesiæ membra, veramq; haberent fidem: quum tamen contrarium scriptura in dictis & parabolis & experientia testetur in exemplis. Sed requiritur vera applicatio, quæ post agnita serio & deplorata peccata per verbum Evangelij concipitur & generatur; in concionibus universalibus de gratia Dei extensa ad omnes omninò homines, de merito CHRISTI catholico, alitur & nutritur; in precibus fidelibus nomine Immanuelis omnipræsentiissimi nobis formatur, per verbum demum & Sacramenta in cottidianis pœnitentiæ & pietatis exercitijs, in vita & morte adeo ipsa consummatur: Unde fœtus postmodum DEO dilectus ipsa nempe dilectio Dei activa inquam & passiva, procreatur, quæ Comitum indivulsam habet charitatem proximi.

CCIIIX. Iudicet jam qui voluerit, an in hoc etiam fundamento utraq; pars consentiat. Nos contrarium planè verum esse statuimus, & tantum utriusq; doctrinam dissentire:

*Quantum suspectu superant & mole, reductum  
infima puncta solum, celsissima culmina cœli.*

Et testes illius rei habemus: 1. Deum quippe de quo contrariæ ut diximus sententiæ simul veræ esse non possunt. 2. Ecclesiam utrinque partis. Cur enim quæso tam acerbiter nos persequuntur Adversarij? cur præmia nostrorum Doctorum in suis plerumq; reformationibus, depositiones, persequutiones, exsilia, carceres, minæ & talia? an fortè quia in fundamento consentimus & fratres sumus unius religionis, an verò ideò quod Diaboli congregatio civitati Dei semper solet esse infestissima? 3. Adversarios ipsos: quorum tangimus cor & conscientiam. Illud certè nobis in hoc consentit: quod scilicet à nobis in fundamento maxumè dissentiat: licet aliàs minimè nobiscum sentiat.

Dicta insuper & dictoria arguunt : Unde enim tot logodiar-  
rhœæ & reciprocationes verborum & doctorum, nisi quod in  
fundamento distemus? Unde tot cavilla, scommata, lædoræ,  
mendacia, imputationes, perversiones, strophæ cōtortuplicatæ,  
nisi quod suum fundamentum absque his si sit, corruere vident?  
Num autem forte hætenus & apud nos & apud ipsos tam blen-  
ni bliteiq; fuerunt homines qui de umbrâ asini ferram conten-  
tionis tam operose duxerunt? Et si nostri tam litigiosi, cur ipsi  
tam rigidi fuerunt, in tam levi præsertim materia? vel si no-  
stri tam insulsi & bipedales Asini (quo elegante elogio doctis-  
simum Heshusium Beza ornare solet) cur Doctores illorum  
non magis intelligentes, qui litem hanc vanam abrumperent?  
Sed & facta testantur quàm egregiè in fundamento consentia-  
mus. Ea verò omnia ita comparata sunt, ut pacis nomine  
truculentissima prælia tegant, & tum vel maxumè bello  
gravida sint, quam maxumè pacis nomine superbiunt, cujus  
specimen præbet Erynnis Paræana.

CCIX. Proinde PARÆUS in hoc primo suo postulato rem-  
agit vel serio vel minus. *Si serio* prodit. 1. *Cœcitatem*: qua non  
sentit ea, quæ in oculis omnium sunt posita; quæ negat ea, qui-  
bus contraria plerique omnes ejus adseclæ & ipse adeò ante  
hæc effutivit tempora: immò quæ postea in ipso suo Irenico  
protervus adfirmat ea quæ imprudens antea negaverat. Cœ-  
citatensis enim duæ species facillimè concurrunt, ut qui non vi-  
dent quæ sunt, videre videantur quæ non sunt. Inquit Tertull.  
in Apologet. p. m. 829. Nos interim, quomodo simul stare  
possint cum consensu in fundamento, nostrorum hæreses Fla-  
cianismus, Pelagianismus, Servetianismus, & aliæ quas nobis  
Paræus non imponi tantum patienter patitur: sed & ipse pro  
suâ pacificatione diligenter imponit ipse: & ipsorum innocen-  
tia, quæ ab his omnibus longissimè remota sit; nos inquam  
pro simplicitate Lutheranâ nostrâ hætenus videre non potui-  
mus.

2. *Judicij intemperantiam*: quæ prætoriâ dictandi lege sibi  
arrogatâ se pro tribunali putat sedere & verba sua proinde exi-  
stimat esse basilicâ, dum omnibus quidvis pro quovis opium  
pro

pro apio persuadere conatur. Hæc enim ut Tyrannorum in vi-  
tâ ita & in fide indoles est, ut tabescant & loquantur in malo  
oppressionem, ut loquantur è sublimi, ut in cœlum ponant os  
suum & lingua eorum ambulet in terra. Pſal. 73. v. 8. 9.

3. Pertinaciam: quâ contra proprium mentis motum Ec-  
clesiæ Dei imponere studet, quum & aliter rem se habere sciat  
aliterq; sentiat: secundum illos quorum verba Spiritus sanctus,  
Pſal. 12. v. 5. describit: γλώσσαν ἡμῶν μεγαλιωδῆν τὰ χεῖλη  
ἡμῶν παρ' ἡμῶν ἐστὶς ἡμῶν κύριος ἐστὶς.

CCX. Aut minus agit serio & sic prodit i. *vanitatem cordis*, quo  
erga fidem & religionem est adfectus: quod ἀθεόλογον. Et  
tales homines qui בְּהַבְּחֵי loquuntur ipsi ex Pſal. 12. vers. 3. 4.  
ignotum esse non potest. 2. *Levitatem oris* & inconstantiam, quæ  
his hominibus non admodum insolens: Scilicet obliti scriptu-  
rarum Comicè agunt:

Pactum non pactum est: non pactum pactum est quod  
vobis lubet.

Et cum illo parasito ajunt: Negat quis, nego: ait, ajo: postre-  
mo, imperavi egomet mihi omnia adsentari: is quæstus nunc  
multo est uberrimus. At hoc non Christianum. Verè Sym-  
machus Ethnicus: Quæssa fide inquit, sunt qui jugiter blan-  
diuntur.

3. *Duplicitatem* ubi cor neque cum lingua, neque hæc opere  
& factis consentit: quod etiam inhumanum. Aliter saniores  
Ethnici. Præter sacrum enim illud Jacobæum cap. 1. vers. 8.  
ἀνὴρ δίψυχος ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς ἀπὸ θεοῦ & notum  
illud Achilles apud Homerum *Ιλιάδ.* 10. *Honestamens* Tragico  
adsentientur qui

Nῆς inquit δὲ γ' ἔβηβα, ἀδικὸν κτῆμα κ' ἔσται φέσ  
φίλον.

CCXI. Ideoque jure absolvimus *Paræum* cum hoc primo suo  
effato, noto Erasmi disticho quod olim donaverat *Iohan. Fabro*  
*Scurra* Pontificio Conjugium incessenti:

*Mente cares, si res agitur tibi seria: rursus*

*Fronte cares: si sic ludis amice David.*

I 3,

CCXII.

CCXII. Ista dudum Paræus, quantumvis acerbis, catarrhis laborans olfaciebat, quod non omnibus ubiquestariis (ut nos honoris causa adpellat) dicta sua persuadere Cincinnis male- svadis posset: ideoq; dejectus ab hac Acropoli per fuginm capit ad asylum aliud: *Verissime, inquit, à schismatis hujus exortu non fuit controversia Evangelicis nisi de sacra cœna nec de ejus doctrinâ totâ, sed tantum de unâ ejus parte eaq; ad salutem non necessaria: quippe ex ipsius Lutheri sententia pijs & impijs communi, videlicet de corporali presentia, in pane & orali manducatione corporis CHRISTI quam fidelibus & infidelibus communem esse volunt.*

CCXIII. Hæc Paræus: ubi tot fere eructat falsitates quot verba. PRIMUM enim falsa est tota argumenti structura, quæ nititur hac præsupposita hypothese: *dissensum in una questione fidei non tollere consensum in fundamento: quam ipsam tamen nos omnibus modis negamus: & dicimus eam esse.*

1. *Impiam.* Deus enim totum requirit, quem condidit, hominem; & odit Samaritanos, qui se timent vel timere simulant, aliis interim diis deserviunt: 2. Reg. 17. v. 32. & 41. Ουδεις γδ δυνάται δυσι κυρις δαλέειν secundum Aphorismum Servatoris, Matth. 6.

2. *Impossibilem.* Nam fides nostra cathenata est & rupturam non patitur. Sicut enim is, qui legem totam servaverit, offenderit autem in uno, factus omnium est reus. Iacob. 2. v. 10. Ita qui fidem in uno corrumpit articulo, eum convellere totam articulorum compagem manifestum est, quod supra exemplo de absoluto decreto demonstravimus.

3. *Periculosam.* Quia ex parva scintilla magnum oriri potest incendium: & senarius Apostoli id confirmat: *μικρὸ ζυμὴ ὅλον τὸ Φυρμα ζυμοῖ.* I. Cor. 5. v. 6. Videbat hæc B. noster Lutherus, & non abs re metuebat suo statim tempore, ubi nimis præ- sagam mente de statu seculi nostri in hæc erupit verba; quæ ab Adversariis pia mente notata cupimus. *Es hülffte sie auch nicht daß sie rühmen/wie sie Christum sonst in andern stücken recht lehren vnd preisen. Denn wer Christum in einem stück oder Artickel mit ernst leugnet/lestert vnd schendet/der kan ihn an keinen andern Ort/recht lehren oder ehren/sondern es ist eitel Scheuchelcy vnd Triererey/es gleisse wie es wolle. Den so heistis Chri-*

Tom. 3. Ie-  
nens. Germ.  
pag. 376.



Christum ganz verlohren/oder ganz behalten. Er stücket vnd theilet sich nicht/von ganzem Herzen / von ganzer Seelen / wil er geliebet vnd geehret seyn. Der Teuffel bereit aber durch diese Schwärmer die bahn andern Kettern die Kommen werden vnd sagen daß Christus nit sey weder Fleisch noch Gottheit habe/wie es geschach im anfang der Christenheit.

Ita enim omnis adfecta est hæresis facillimè proserpit ut cancer 2. Tim. 2. v. 17. *quia malorum seminum mala seges est* Nazianz. Orat. 38. *sicut ergo benè illi faciunt, qui futurum incendium in primâ favillâ restinguunt : ita pietatis genus est cohercere infantiam criminis ne juvenescat argumentis* inquit Cassiodorus lib. 3. ep. 39.

4. *Paganismo conterminam* Facile enim & quilibet *à se* reservatâ sibi conditione nostræ confessioni & fidei ita subscribet, & nulla erit hæresis quæ non præposteræ istius pacis palliastro contegi queat. *Neq; enim inter Hereticos & Ethnicos multum distat, nisi quod Ethnici non credendo credunt, at heretici credendo non credunt ut eruditè monet Tertull. de carn. Christi p. m. 33.*

5. *Ecclesiæ contrariam* I. Vetus certè, ejusdem testamenti talem ignoravit mixturam. Pertinent huc præcepta Levitica, hoc moralis continentia (quibus Deus prohibebat populo suo ne species diversas animantium, aut distincta genera sementis coniungerent, ne cum bove simul & asinâ ararent, ne vestem ex lino & lana gestarent. Levit. 19. v. 19. Deut. 22. v. 9. seqq.

II. Et Servator noster in testamento novo ignoravit. Qui non est mecum inquiens contra me est Luc. 11. v. 23. Iam verò Calviniani non sunt nobiscum. Ergo contra nos sunt vi collectionis Salvatoris I. d. Luc. 9. v. 50. & Marc. 9. v. 35.

III. Exemplo dictum ipse suum confirmavit. Cum Pharisæis enim & Scribis qui legem puram habebant vel habere poterant, sed consilium Dei adversus te spernebant, numquam collusit, quin potius eorum corruptelas & abusus gravissimos taxavit: nec propterea os sibi obstrui patiebatur, quod videret eos legem Dei habere, in cathedra Moïsis sedere, & benè monere Matth. 23. v. 3. immò legis sensum & mentem rectè interdum cognoscere quemadmodum patet exemplo illius Scribæ apud Marcum c. 12. v. 32. 33. sed divino iis fervore restitit, & tamquam gravissimè errantes passim redarguit ut notum.

IV. Ita

IV. Ita Apostolus similitudine de fermento de quo paulò ante ad PseudoApostolorum opinionem de necessitate circumcissionis (quâ ὀρθοδοξίαν fermentare cupiebant, & quæ forte in originariâ istâ N.T. Ecclesiâ non magni poterat videri momenti) applicatâ: ostendit, ea admissa totum jam Evangelium reddi irritum neque CHRISTUM amplius quidquam prodesse Gal. 5. v. 2.

V. Ut nihil jam dicamus de praxi patrum, etiam Catechismo nostro est contraria hæc adfertio. Decalogus requirit amorem timorem honorem, integrum, ardentem, constantem; cum quo talis Samaritanismus quomodo consistere queat, equidem haut videmus. *Symbolum Apostolicum* Cathenatum est, cujus Articulum unum si quis ruperit tota structura ejus concidit. *Nec orare ad unum patrem nec in uno nomine nec uno modo nec una fiducia possumus.* Sic in *Sacramento Baptismi & præsertim Cœnæ* non minima latet controversia, id quod Paræum movit, ut eam etiam pro maxuma, quantumvis in se, ut ipse puteat, parva, haberet,

6. *Opinionem humanam* ideoq; incertam. Ita enim opinatur Paræus & cum eo pauci alij. Contrario modo opinatur illius socii. Proinde & hic verum erit, quod Orator Græcus alicubi scribit μή πάλιν αἰεὶ ὡς ἕκαστος ἔχει γνώμης περὶ τῶν πραγμάτων ὀρθῶς ἐγνωμέναι πεπεῖσθω. Nam quid ad nos ista, qui potius de rebus ipsis judicare debemus quam pro magno de hominibus quid quisq; senserit scire? ut scribit Augustin. lib. 19. c. D. c. 3. *Omnino civitas Dei talem dubitationem tamquam dementiam detestatur, habens de rebus quas mente atq; ratione comprehendit etiam si parvam &c. certissimam tamen scientiam.* Ut loquitur ibid. c. 18.

CCXIV. DEINDE. In eo etiam labascit veritas Paræi, quod fingit, litem 1. tantum pendere apud utramque partem in negotio Cœnæ, & 2. ut ipsius complices ulterius garrunt, multa mota esse post Luterum quæ Luterana dicantur dogmata, quum tamen tantum absit ut Lutherica sint, quin potius διαρρήδην iis adversentur. 3. ubi quidam ex adversarijs eò etiam progressi impudentiæ ut se veros & genuinos Augustanæ Confessionis

fessionis socios vocaverint, & si fas esset, ita vocari, veros Lutheranos se esse contendere ausi fuerint.

CCXV. Nos autem Satanæ importunitatem agnoscimus, qui non tantum in conspectum S. S. Trinitatis introrumpere audeat, suumq; tum in conturbandâ vitâ tum fide inmane studium offerre solet, ut patet ex historiâ Jobi & Achabi Iobi 1. & 2. cap. 1. Reg. 22. v. sed & grassatur per aërem, inque eò dominatur, circumambulat per terram 1. Pet. 5. cum laqueò venatoris Psal. 91. vers. 3. immo ubi fraus non succedit, impudentiam suam manifestò prodit & ostentat. Apud servatorem ipsum hanc aleam tentavit: initiò cum *ὀλιγοπισία*, deinde arrogantia, tandem voluptate, si posset, contemneraturus. Quidquid igitur in capite præcessit; & hic quoque in membris sequuturum existimabimus: ideoq; isthic quidem ejus astutiam, ibi violentiam, hic impudentiam rectè & masculè eludere discamus.

CCXVI. Temeraria sane impudentia est Candore Theologico planè indigna, illud quod aliter habere scias, in foro tam arduo protervè tamen & absque rubore adfirmare. Iam toti orbi Christiano scripta universa patrum & Antecessorū nostrorum nota, inque oculis omnium. Unde sanè nisi insano nemini non patet, non tantum in plurimis præter negotium cœnæ articulis inter nos & adversim partem vigere controversiam; sed & eandem fuisse D. Lutheri mentem, quæ nostræ hodieque est Ecclesiæ id quod de ipso B. Viro luculentissimè ex ipsius scriptis articulatim & carptim demonstrari posset, si tempus & locus id admitteret.!

CCXVII. Et hæc ipsa causa est, quod inde scommata lædorasque Calvinianorum innumeras hæctenus magnis cum plaustris lucrati fuerimus, utpote quod omnes Luteri paleas pro auro habeamus, quod absque ullo jure LUTERUM pro ultimo venditemus Elia vel propheta, qui in omnibus rectè docuerit & senserit; quod ipse varias & dissonas habuerit opiniones de articulo Cœnæ, multa item scripserit ex fervore, stabello malivolorum animatus, quæ tamen paullo ante finem vitæ, nescio coram quo Philippo recoxerit; ad summam nos omnia ipsius dicta factaque & scripta pro oraculis habere. Quæ sanè & similia

mata plura luculenter animum exulceratum adversariorum in  
B Dei Virum ostendunt, & impudentia istorum hominum satis  
manifeste detegunt: ita, ut non dubitemus, quin & saniores Ad-  
versarii, praesertim exteri (quos plerosq; in hoc pugnae capite  
candidiores sentimus) nobiscum sint agniture, controversiam  
non in una tantum sed in pluribus iisq; gravissimis fidei momen-  
tis consistere: neq; a sententia Lutheri nunquam quidquam  
nos descivisse.

CCXIX. Nec effugio adversariorum id poterit esse asyllum,  
quod tempore B. Lutheri illi articuli non ita & eodem modo  
formamq; in controversiam rapti fuerunt, quo jam raptos eos vide-  
mus: ut quod ita non disputatum de universalitate dilectio-  
nis Dei, meriti Christi, absoluto Dei odio erga reprobos, ite quod  
nondum eadem contentione disquisitum de majestate carnis  
Christi &c. & quae his sunt similia &c. Praterquam enim  
quod error fecundus est & errorem trudere solet, 2. Diabolus et-  
iam malignus est & subinde pilam mutat non animum 3. tempus  
insuper varium & ingenia hominum volubilia, ita ut antiquis  
& inveteratis erroribus palliandis nova semper excogitentur  
pharmaca; eaq; occasione sicut Dei permissu scriptura, ulterius il-  
lustratur ita ex Satanæ intentione haeresis latius indices magis  
magisq; grassatur.

CCXIX. Prævidit & ista sagacitas B. Megalandri nostri ideo-  
quetom, 8. Jenens, Germ. disp. in præfat. ad Possil. Joh. Spangen-  
berg pag. 44. omnibus Bibliorum Amasius hoc aureum reli-  
quit monitum: Wie vns unsere Vorfahren haben auffge-  
erbet diß geheimnis wiewol durch den Papsi gewlich vor-  
nichtet: So erben wir es vnserm Nachkmlingen auch auff/  
vnd ob sie nicht so viel zuthun haben werden solche Grewel  
auff zusegen wie wir gethan haben/ So werden sie doch eben  
(wo nicht mehr) zuhan kriegen dem Teuffel wider zustehen  
vnd zuwehren/ daß er nicht widerumb solche Grewel inn  
die Kirche werffe / Darumb heisset es wache/ studiere ad-  
tende lectioni. Surwar du kanst nicht zu viel inn der Schrifte  
lesen/

lesen: vnd was du lisesest/ kanstu nicht zu wol lesen / vnd was du wol lisesest kanstu nit zu wol verstehen/vn was du wol verstehest kanstu nicht zu wol lehren / vnd was du wol lehrest kanstu nicht zu wol leben. Experto crede Ruperto. Hæc Lutherus.

CCXX. Ideoq; tandem satis, si Lutherus ea omnia quæ nos hodieq; ex verbo Dei docemus in thesi defenderit, si ea in dogmaticis suis scriptis adseruerit, quum quidem tales adversarios tum temporis nondum haberet, qui contrarium manifesto docerent.

CCXXI. Non igitur incommode huc spectat illud Tertulliani: Sive eadem (hæreses) nunc sunt aliquanto expolitiores, quæ sub Apostolis rudes, habent suam exinde damnationem: sive aliæ quidem illæ fuerunt, aliæ autem postea obortæ sunt & quasdam ex illis opiniones usurpauerunt, habendo cum eis consortium prædicationis, habeant necesse est etiam consortium damnationis. de præscript. adv. hæretic. pag. 108.

CCXXII. ADHÆC falsum est & illud, quod in una tantum quæstione de cœna de orali scilicet manducatione inter utramq; partem dissensus reperiat. Contrarium adversarii tam benè noverunt, quam suos novere digitos: quum non tantum de verbis & ἄλλο ἢ ἐν τῷ sed & de re ipsa, de naturâ & substantiâ huius Sacramenti, de μετοχή & participatione, de modo item ut & de sede vel fundamento negocii eucharistici pugna hucusque parti utrique intercesserit: ita ut nuper etiam Bergius quatuor specialia controversiæ Eucharisticæ capita constituerit. thes. 101. disp. de fund. ubi tamen & ipse contra rei veritatem totam controversiam ad unam quæstionē de orali manducatione revocari posse existimat.

CCXXIII. TANDEM & illud falsum est, in adsertione Paæxi, quod controversia de orali manducatione non sit de fundamento fidei, eo, quod talis manducatio ex ipsa. B. LUTHERI hypothesi communis sit tum piis tum

impis: quum instantiæ faltem de resurrectione mortuorum, verbo DEI prædicato, vita a Deo accepta, aliaque plurima quæ utrisque communia esse videmus futilitatem ejus convincant, & propriè illud ad locum de cœna spectet quo etiam id rejectum volumus,

CCXXIV. Quibus omnibus sic stantibus, Adversariorum doctrinam merito rejicimus, nec moveri nos patimur rudibus eorum clamoribus: *nunquam suam doctrinam in scripturis damnatam legi.* Ipse servator generali Aphorismo sententiam Dei patris sui cœlestis exprimit. Qui non credit jam condemnatus est, quia non credidit in nomen unigeniti filii Dei Ioh. 3. v. 18. At qui Calviniani credunt? Credunt quidem se credere: sed quia ipsorum fides à nostra in fundamento discrepat: nostra autem fundamentum ex ipsorum *dócei* inconcussum retinet: viderint ipsi ut duriore Christi dicto se eximant Matth. 7. v. 22. Nos personas Domino relinquentes & doctrinam damnantes repetimus versus.

*Et dictu facilis res, atq; effabitis omni est,*

**CREDO:** *sed multi tantum, se credere, CREDVNT,*

*Pauci NOVERVNT, Fidei sublesta vacillat*

*Vis, nisi clathrata articulorum chorte revincta,*

*Et subnixa suat saxo fundaminis entheo.*

CCXXV. Et tamen adhuc Calviniani non damnati in sacris litteris? Verò nomen vel persona eorum ibi damnata non est: impia tamen eorum dogmata veniunt. Nec ullus post locum novi testamenti primigeniam, Apostolorumque tempora fuit hæreticus quem damnatione reperimus notatum in scripturis: quum tamen hæreticorum fautores damnandos esse, rectè sciamus ex scripturarum sensibus. Vel anne ideo secula post CHRISTVM usque ad nostra tempora innumera fuerunt ab hæreticis, quod eorum nomina in sacris non videmus notata litteris? Num forte ipsi omnes istos antiquiores hæreticos indifere etiam quoad vitam damnabunt; quum potuerint ex ipsis fuisse qui vel in agone demum ad Deum, cujus misericordiâ modum non habet, reditum paraverint?

CCXXVI. Ideo-

416  
CCXXVI. Ideoq; idem respondemus simplicioribus quod  
Tertullianus olim Valentino: *Eligant sibi tempora universæ hereses quæ  
quando fuerint, dum non intersit, quæ quando, dum de veritate non sint, u-  
tq; quæ sub Apostolis non fuerunt fuisse non possunt. Si enim fuissent no-  
minarentur & ipse, ut & ipse coercenda.* de præscript. adv. hæ.  
p. 108, Paulo post: *Etsi nihil de damnationis heresibus participarent  
de ætate solâ præjudicarentur, tanto magis adulteræ, quanto nec Apostolis  
nominatæ.*

CCXXVII. Adversariis autem perpendendam relinqui-  
mus astutiam Satanae, πολυκεφαλίας humanam, tenebras mun-  
di, caliginem mentis, infirmitatem adfectuum &c. quæ omnia  
taliter comparata sunt ut crassissimis furoribus insanorum,  
etiam gentilium & atrocissimorum hæreticorum pallium ali-  
quod conficere potuerint, id quod, ut alia jam omittamus, e-  
xemplo stoicorum, Nestorianorum probari abundè pot-  
est.

CCXXIX. Ut enim illorum fatalis necessitas nota & notabi-  
lis omnibus & magno cumulo ex Doctoribus eorum Seneca  
præsertim Epicteto Zenone & qui eorum hac in parte vestigia le-  
gerunt, Herodoti, Homeri, Heliodori, Appuleij, Ovidii, Virgilii  
& aliorum scriptis adferri commodiore loco & tempore solent:  
Ita horum dogmata nemini ignota nisi iis, quibus tempora &  
res antiquioris Ecclesiæ.

CCXXXIX. Nec tamen ita rudes vel illi videri volebant, ut  
Deo quem fontem bonitatis omnis & ipsi statuebant, malitiam  
per fatales suas tabulas, adscriberent: nec tam crassus Ne-  
storius, ut duas personas ex CHRISTO simpliciter constitueret,  
quemadmodum duo homines duas efficiunt personas: sed illi  
mitigarunt sua exulcerata paradoxa per DEI providentiam; hic  
per DEI immutabilitatem, immensitatem quam interim sub hoc  
involucro utraque pars suos errores retineret; Unde nec illis  
defuit nostro sæculo Lipsius: nec huic suo tempore aliquis vel  
Theodoretus vel Iohannes Antiochenus.

CCXXX. Simili quoq; ratione nec illud movere debet simpli-  
ciores, quod sacris litteris frequenter utantur vel potius abutan-  
tur, & multa magnis plaustris crepent scripturarum, te-

stimoniam. Ut enim non omnes oves sunt qui audiunt: nam & audi-  
vit Iudas & lupus erat, sequebatur sed pelle ovina tectus pastori insidiabatur.  
Augustin. tractat. 45. in Johan. E. ita nec omnes qui scripturis  
utuntur cum scripturis sentiunt, sed ij demum qui verbo Dei re-  
ctè utuntur ex scripturis verè sapiunt.

CCXXXI. Iam si Adversariorum scripta controversa perpen-  
dimus eos scripturam in suis paradoxis urgere videmus 1. Im-  
pertinenter. Sic notum quod sextum caput Johannis sedem fa-  
ciant controversiæ sacramentariæ. Sic *μᾶλα ἀκαρπῶς* Esavum  
rejectionis æternæ faciunt exemplum quem Apostolus dunta-  
xat temporalis volebat esse typum.

CCXXXII. 2. Torquent violenter. Hæreticis ferè mos scribit  
Tertullianus simplicia quæq; torquere. Adv. Hermog. pag.  
343. Eumque morem observant vel in proponendis suis dog-  
matis absq; scripturarum fundamentis quemadmodum de Mar-  
cione scribit idè Tertullianus de præscript. adv. Hæret. p. 110. quod  
exfertè & palam machera non stilo usus sit, quoniam ad materiam suam cæ-  
dem scripturarum consecerit. Ob quam causam eum interfectorem  
veritatis eleganter alibi vocat l. de carne Christi pag. 24. Vel in-  
adplicandis & pervertendis scripturarum dictis, ubi non sensum  
ex scripturis auferre sed ad scripturas adferre præposteræ scien-  
tiæ insania satagunt, quemadmodum de Valentino hæretico  
Tertullianus scribit: *Valentinus pepercit (scripturis) quoniam non ad  
materiam scripturas, sed materiam ad scripturas excogitavit; & tamen plus  
abstulit & plus adjecit.*

CCXXXIII. Ad violentiam hæreticorum & illud strategema  
pertinet, quod ea, quæ simpliciter dicuntur in scripturis glosse-  
matis & nescio quibus conditionibus implicant; contra ea, quæ  
conditione involvantur nude & simpliciter proponunt, simpli-  
ciorumq; oculos hac glaucoma præstringunt. Conquestus est de  
eo jam olim dictus Pater: *Semper*, inquit *Hæretici aut nudas & sim-  
plices voces conjecturis, qua volunt, raptunt; aut rursus conditionales & ra-  
tionales simplicitatis conditione resolvunt.* adv. Marcion. libr. 4.  
pag. 249, 250.

CCXXXIV, Ex-



CCXXXIV. Exigantur ad has Latinissimi Patris querimoniae scripta & controversiae Adversariorum quibus praesertim arcanum praedestinationis & sacrum VERBI mysterium adgrediuntur; & facillimè scandalo via ulterior praestruetur.

CCXXXV. 3. *Mutant fraudulenter.* Huc faciunt omnes improprietates *προπολογία* antiquioribus etiam haereticis non infrequentes ut de praefato Haeretico Valentino saepius allegatus Afer scribit quod *aufferat proprietates singulorum quoque verborum & adjiciat dispositiones non comparentium rerum praescript. adv. haeret. pag. 110.* Quid hodie adversarii in controversiis de coena & baptismo faciant pueris notum. Nos autem quum res in litteris teneantur, ut litterae in rebus legantur secundum Tertull., de resurr. Carn., pag. 58. ex verbis sensum sequimur, ex sensu rationem intellegimus, ex ratione veritatem adprehendimus verbo Hilarij l. 5. de Trinitate.

CCXXXVI. Ideoque & hunc locum concludimus memorabili sententia B. Augustini: *Non ideo negandum est proprium fundamentum esse fidei Catholicae CHRISTVM (& sic etiam scripturam sacram quae testatur de CHRISTO) quia putari potest aliquibus haereticis hoc nobiscum esse commune. Si enim diligenter quae ad CHRISTVM pertinent cogitentur; nominatenus invenitur CHRISTVS apud quoslibet haereticos qui se Christianos vocari volunt re verò ipsa non est apud eos. Et si urserint demonstrationem Adversarii, demonstratum haecenus satis est, demonstrarique potest in omnibus articulis controversiis. Nos autem pergimus cum Augustino: Hoc ostendere nimis jam longum est quoniam commemoranda sunt omnes haereses (& omnia haereticorum capita) sive quae fuerunt, sive quae sunt, sive quae potuerunt sub vocabulo Christiano, & quam sit hoc etiam verum per singulas quasque monstrandum, Quae disputatio tam multorum est voluminum ut etiam infinita videatur. Enchir. ad Laur. c. 5. p. m. 115, 117.*

CCXXXVII. Colophonis vicem audiamus D. Bergium Patre suo succenturiatum & distinctius quam haecenus factum (ita enim

enim ipse de se loquitur thesi 7. disput. de fund. fidei) hanc controversiam tractantem, & quædam postulata proponentem: totum enim scriptum nec hujus loci & instituti est, quum in generalioribus vel maxumè versemur; ipsius autem disputatio potissimum in controversia sacramentaria occupetur: nec verò & temporis & hujus disputationis filum longiorem moram patiatur. Sic verò ille postulat. thesi

CCXXXIIX. 1. *Ad statum controversiæ rectè formandum necesse est sententiam cujusq; partis, integre, secundum mentem ipsius accipi.* Quod postulatum sanè si candide proponit Bergius nos sibi habebit omnimode adsentientes. Novimus enim quod omne iudicium præcipuè requirat. 1. *æquitatem*, ut sententia utriusque partis audiatur. 2. *integritatem*; ut non mutilatè sed integrè cognoscatur. 3. *candorem*: ne præceptis opinionibus pravisque suspicionibus causa adversariorum gravetur, sed æquiter audita & integrè cognita, candidè dijudicetur. Et hæc tria si in iudiciis fori observari solent, multo magis coram tribunali ipsius Ecclesiæ adrendi debent, ubi non hic est nobis de tribus capellis aut umbra asini; sed talis pugna, quæ Dei concernit gloriam, hominum adeoq; ipsorum adversariorum salutem æternam.

CCXXXIX. Valde autem veremur ne lacrumæ istæ sing crocodili: nec inmerito miramur quare Bergius hoc postulato nostros Doctores in suspicionem iniqui iudicii traducere satagat, qui ubiq; in suo scripto laudem singularis modestiæ captat & novam Irenen vel Erynnin Paræanam Ecclesiæ DEI obtrudere omnimodis allaborat. Viderit ipse, quo animo scripserit thesi 7. Se quæstionem hanc discussurum cum verbis tam sensibus *simplicissimis animisq; NEVTRAM in partem, nisi quæ verum trahat, propendentibus.*

CCXL. Nos potius Bergium ejusq; sociennos hoc postulato trimembre urgemus & initio *ÆQUITATEM* petimus. Nec enim ignotum illud Bergio esse potest, quod multi ex contubernio ejus nostram doctrinam allztraverint, quam tamen ex publicis nostratiū scriptis immo Ecclesiæ nostræ confessionibus plenius cognoscere recusarunt.

CCXLI. Peti

CCXLI. Petimus deinceps INTEGRITATEM, quam, ut alios jam taceamus in ipso Bergio desideramus. Is enim quum in præloquio disputationis suæ pag. A. 3. B. nostro Hüttero contradictionis notam inurere vellet, non integre sed mutilatè verba ipsius alleganda esse arbitratus est. Ita enim habet *ἔγκλημα* Bergii: Theologi quidam (adversæ scilicet partis) pertendunt toto fundamento has Ecclesias dissidere, idque tam certum esse (horresco referens) quam certum est Deum in cœlis vivere. At idem Cycnus paulo ante quanto candidius! *gemino tantum dogmate omnipresentiæ carnis CHRISTI & oralis manducationis ex systemate articulorum fidei excluso iniri fortasse de reliquis posse concordiam.* Hem fundamentum igitur inquit Bergius! At hem egregiam Bergii integritatem! Præterquam enim, quod B. noster Hütterus in loco allegato pag. 39. sui Irenici 1. ex hypothesi & mente adversariorum loquitur, 2. se adversus hos & similes morsus calumniarum, quas præviderat, particulâ insuper dubitandi præmunens; 3. attendantur saltem sequentia: *Vtroq; hoc articulo inquit ex systemate fidei excluso iniri de reliquis fortasse posset concordia; Calvinianis quidem sub vulpinâ latitantibus: nostris verò taudem miraturis, totum orbem Christianum tam citò factum fuisse Calvinianum.* Hem ergo integritatem fidei Bergianæ!

CCXLII. Petimus deniq; candorem. Ut enim taceamus calumnias adversariorum quibus nostram causam & statum controversiæ gravare solent, quod Bergius ipse non semel agnovisse videtur: ipsum inquam Bergium candoris postulamus. Is enim quum in præfatione suæ disputationis splendide rhetoricatus esset, de novis quibusdam Diotrephis *Φιλοπρωτεύουσι* oratoribus tribuniciis, qui quod in concordia ordinum nullos se usque esse videant, malè rei, quam nullius, turbarum ac litium esse Duces volunt: etc. egregiè scilicet pro studio suo pacificandi depingit adversæ partis primarios Doctores & inter eos cumprimis lancinat B. Hutterum. Qui fortissimè inquiens rem aggressi sunt Theologi publico suorum suffragio *Optimi maxumè magnis voluminibus contendere falso ista* (Paræi scilicet Samaritana consilia) *obtendi omnia toto immo fundamento hæc Ecclesias dissidere. Non puduit igitur titulo præmississe Irenicum?*

L

CCXLIII.



CCXLIII. Hic scilicet candor est Bergij, ex fuliginosa calu-  
mniarum officinâ prorumpens. Ostendat verò, si vir est, quinam  
sint inter nostros illi φιλοπερωτεύοντες, & desinat bene de Ec-  
clesiâ Dei meritis viris maledicere. Nos *Etianam eam mercedem*,  
1. Reg. 17. vers. 18, scimus puris verbi Doctoribus non inso-  
lentem.

CCXLIV. Ad B. *Hutterum* quod attinet manebit, ille invito  
Bergio & omnibus ipsius adseclis *Theologus optimus maximus*; ma-  
nebit labor ejus Antiparæanus Cynæa cantio; & manebit la-  
bor Deo gratus, Ecclesiæ salutaris, & ipsi quoque gloriosus.  
Nec existimò dehinc necessum fore, ut de scriptis & meritis má-  
gnorum nostrorum Doctorum semper Francofurtana Acade-  
mia consulatur, & in ea juvenilis Bergii censura petatur. Ipse  
B. Hutterus ut adversariorum ronchis *non minor*, sic meis elo-  
giis non fiet *major*. Gratum tamen habebit me discipulum,  
majorem fortè aliunde, & suis meritis condignum promachum.  
Interim Candori Bergiano tribuendum, quod *Leoni* mortuo in-  
sultare audeat, cujus vivi vultum sustinere vix ausus fuisset:  
ut sic etiam suo exemplo illud Tragici confirmet:

Soph. in  
Ajac.

Ταῖς θανάσι τῶν

Φιλῶσι πάντες κειμένοις ἔπεγγελαῖν

Sed cogitare debebat ejusdem etiam ethnici sententiam:

Ἄνδρα δ' ἔδίκαιον εἰ θάνοι

βλάπτειν τὸν ἐθλὸν ἔδ' ἂν εἰ μισῶν κυρῆς.

CCXLV. Itaque ut ad rem redeamus, hoc postulatum Ber-  
gij manifeste satis prodit animum præjudicijs gravatum, qui-  
bus nostram partem omni culpæ immergit, suam ab eâ eximit:  
nos lucifogii insimulat, & suos tenebriones excusat: nos deni-  
que inhumanitatis & injustitiæ reos condemnat: suos juris ju-  
stitiæque privilegijs donat. Ideoq; *primo* eodem pallio *hoc postula-*  
*to* sub æquitate prodidit hypocrisin, sub integritate velavit in-  
juriam, sub candore falsitatem,

CCXLVI. Facit ad hoc postulatum, (ut & ipse ordinavit,) *in-*  
*veterata* petitio de judicio ex publicis scriptis & confessioni-  
bus

bus sumendo. Quod *ἀίτημα* nobis valde videtur vertiginosum. Etsi enim & nosmet ipsi novimus, quod Ecclesia Dei non teneatur dare rationem omnium privatarum opinionum vel errorum suorum Doctorum; quam ob causam nemo facile ex nostris reperitur qui *ἠδολογία* Piscatoris Vorstii aliorum, toti Calvinianorum Ecclesiae impingat: etsi etiam praeposterum simpliciorum studium non omnino probamus, qui de summis Christianae religionis controversisque capitibus sibi iudicium non tam in informando suos auditores quam in scribendis publice suis libellis sumunt: a quibus maiore cum sui auctoritate tum incolumitate Ecclesiae abstinere possent: quam ob causam etiam infantiles Anabaptistarum furores aut ineptum Carolostadij *ἄγρο* toti adversariorum gregi non adfricamus: tamen nec hoc ignoramus praecipuorum Doctorum scripta utriusque partis, quaeque ut pro sua parte expensa ita & a suis etiam acceptanda esse, praesertim si contra libros Symbolicos ejus Ecclesiae nihil quod sit contrarium, statuunt.

CCXLVII. Itaque nos numquam puduit B. nostri Lutheri, Brentii, Chemnitii, Jac. Andreae, Hunnii, Phil. Nicolai, Gesneri, &c. & aliorum ejus notae virorum, quum sciamus eos insignes Ecclesiae columnas fuisse, optumè de eadem meritos & nihil contra veritatem docuisse.

CCXLIX. Idem Adversariis faciendum. 1. Quia Doctores Ecclesiae ut Antistites ejus semper de ea rationem reddere; nos verò eam ut redditur acceptare decet. Quomodo autem utrumque id fiet nisi in scriptis?

2. Nec enim semper omnibus annis novae eduntur confessiones, aut formulae Symbolicae Ecclesiarum: An verò quando eduntur alij consignant, praeter eos, qui primarii sunt Doctores Ecclesiarum?

3. Quia ipsi praecipui Doctores, si qui alii optumè de indole suae Ecclesiae & *ὁποῦν ἡσέ* illius doctrinae quae ibi in usu, testari possunt: An verò tam infideles Doctores habent Calviniani, qui aliud norunt in suis doceri Ecclesiis, aliud tamen postea in scriptis edunt?

4. Quia Episcopi sunt, quorum non tantum est præesse voce, sed & prodesse scriptis Ecclesiæ & posteritati.

CCXLIX. At tamen arguit Bergius privatorum Doctorum scripta sunt; ideoq; toti Ecclesiæ non imputanda. Respondemus autem nos ulterius, & negamus initio antecedens: & dicimus id esse.

1. *Falsum.* Quia ut privati amplius Doctores non sunt qui publice 1. vocantur. 2. publicè docent 3. publicè errant, & 4. publicas Ecclesias regunt. (Nec enim facile vel Paræus vel Bergius privatum se Doctorem aut Professore appellari patietur: quamquam unum & alterum privatum respectum etiam ipsis competere non ignoramus.) Sic ergo publica eorum scripta toti Ecclesiæ Dei, quam ipsi regunt, testimonium perhibent de doctrinâ quæ in eâ sonat. Num autem forte doctrinam aliam proponunt linguâ, aliam chartâ: aliam in Lycæo, aliam in templo? quod consilium olim Beza suo motus iudicio sequutus.

2. *Hypocriticum.* Nec enim ex illorum tantum Auctorum, sed & integrarum Ecclesiarum Confessionibus, orthodoxo consensu, catechesi Heidelbergense, &c. tales monstrari ad oculum errores possunt: Mala siquidem mens malus animus: hoc tantum observato discrimine, quod huius in illis crassius denudetur, in his periculosius occultetur. Quod ipsum etiam certamina Belgicarum Ecclesiarum docent, ubi ii qui puriorem Lutheri & Luteranæ Ecclesiæ doctrinam de prædestinatione sequuntur, graviter adcusantur quasi à recepta suarum Ecclesiarum doctrinâ discesserint.

3. *Morbidum* & signum cauteriatæ conscientiæ, dum metuunt hoc pacto causæ suæ ægritudinem & laborem prostitutum iri in faciem omnium. Sanæ mentis esset agnita *βδελύγματος* detestari & Ecclesiæ se adgregare. Videre certè videntur adversarij & detestari has abominabiles phrasas: Cur autem adhuc morbum fovent? cur phrasas rejiciunt, quum tamen animum servant? aut si suorum phrasas & mentem retinere pergunt cur postulatis istis nos gravant?

4. *Invisitatum.* Ante hos enim quasi viginti annos ipsi pri-  
marii

170

marij adversarij hoc strategema ignorarunt. Et quis iste; qui nobis edisserat, an post hos viginti sequentes, vi hujus ipsius postulati, Doctores Adversariorum subsequi in hoc postulatam sint consensuri. Nec verò & Apostolus scivit hanc Calvinianorum modestiam qui totam Galatarum Ecclesiam ob Pseudo-Apostolos gravissimè reprehendit. Gal. 3. v. 1. Et quomodo Servator cum suis adversarijs disputaverit notum est, ubi sanè non publicam eorum confessionem, quæ legis præceptis & Prophetarum continebatur scriptis redarguit, sed confessionis corruptelas legis depravationes, cultuum abusus & teterrimas *ἑβελόθησκειας*, quibus tum temporis Ecclesiam Dei obfuscaverant, taxat, quæ certè non aliunde haberi poterant, quam vel ex vivâ Pharisaorum voce vel ex adnovitijs Rabbiorum scriptis.

5. *Incommodans.* Ita omnes hæretici facillimè quærent subterfugia: quemadmodum hodieq; id exemplum Photiniorum demonstrat: quando enim & iis suorum Doctorum argumenta objiciuntur, privatas regerunt esse opiniones, quod unde didicerint, nobis edisserant Calviniani.

Inde porrho in Ecclesia Dei quidlibet statuendi orietur lubido, ut nulla opinio tam prava futura sit, quæ non sub hoc pallio in Ecclesiam Dei irrumperere possit. Inde tandem post Calvinianismum, Arrianismus, Papismus, Turcismus, muros civitatis sanctæ eò facilius adgredi poterunt.

CCL. DEINDE Respetiam ad consequens, esse *ὀμωυμίας* in voce Ecclesiæ. Ubi si cœtum Electorum invisibilem ea notatum volunt, nihil pugnamus & postulatam concedimus: si autem visibilem congregationem, agnoscant ipsi suum candorem, quo nobiscum agunt. Neque enim debet Ecclesia eorum visibilis, neq; potest, neque audeat rejicere suorum Doctorum scripta. *Non debet:* quia non rejicit contenta librorum dogmata: ideoq; non debet negare dogmatum continens & symbola, scriptos scilicet libros eorum.

2. Quia æquum, ut honor idem detur scriptis, qui dictis, auctoritati qui Auctori.

L 3

3. Quia

3. Quia est pars illius honoris quam Ecclesia suo Doctore debet, ut scripta ejus non tantum servet, sed & observet & defendat.

*Non potest*: quia scripserunt illi ex sensu suæ Ecclesiæ, in qua educati, & ad normam illius doctrinæ quæ in eâ. 2. Quia scripserunt etiam cum consensu. 3. Cum ad plausu. Immo 4. cum hodiernorum etiam ad sensu. Tentet enim Bergius rem ipsam, & seriò tangat vel Martyris vel Bezae vel aliorum horrenda portentiloquia, & neque illi Tigurinos neque huic Genevenses, fortè nec ipsum suum Collegam utrique defuisse, reapse deprehendet.

Tandem neque *audet*: nisi si velit publicam suam hierarchiam conturbare; Ecclesiasticum ordinem inscitiaè politicum negligentiaè, utrumque impietatis & socordiaè insimulare, ut qui libros tales edi patiuntur quorum tamen vel dogmata vel phrasès ipsi defendere non volunt, vel certe non possunt. *Piscatoris* errores privati noti sunt omnibus, nec tamen à quoquam, quod sciam, ipsius fratrum hactenus nominatim notati. Immo *Doctores Belgici* malam gratiam apud fratres suos inierunt, optumè tamen in hac parte de Ecclesia Dei meriti quod crudam Theologiam Bezae, Piscatoris, & aliorum condignis modis exceperint. Hodie ipse *Pelargus* Apostata crassissima *βδελύγμα* Vorstii reprehendere manifestè non audet ut videre est in disputat. adv. D. Balduin. antith. 80.

Hoc erat postulatum primum. Iam anguis latens in reliquis detegendus: at verò labor qui disputationis est, non scriptionis excrevit sub manu: Igitur eam de tabula.

Et quod restat; quoniam secundum sapientem in luce rerum tenui caligamus, in mediocri cœcutimus, in majore cœci sumus, in maxima insanimus. Scaliger exerc. 131. sect. 1. pio suspiritu hanc palestram concludimus, rogantes Deum ac Magistrum nostrum supplices, ut seu per eloquia scripturarum seu per sermocinationem fratrum condiscipulorumq; meorum, sed etiam per inspirationis suæ internam suaviolemq; doctrinam, ubi sine sonis sermonum & sine elementis litterarum, eò dulcius quo secretius veritas loquitur, ea me docere dignetur, quæ sic proponam sic adseram ut in propositionibus atque adseritionibus meis veritati, quæ nec fallit, nec fallitur, inhe-

Fulgent. ad  
Monim. l. 1.  
pag. m. 7. 8.



inhaream, semper obediens consentiensq; reperiar. Ab ipsa veritate postulo  
 doceri multò plura quæ nescio, à quâ accepi, pauca quæ scio. Ipsam rogo,  
 ut quæ salubriter scienda nescio, doceat me: in his, quæ vera novi, custodiat  
 me: in quibus ut homo fallor, corrigat me: in quibus veris titubo, confirmet  
 me, & à falsis ac noxiis eripiat me, ut in cogitationibus ac sermonibus meis,  
 quod salubriter donat, inveniat. Et ea faciat de ore meo procedere,  
 quæ sint coram ipso principaliter grata, & sic fiant fidelibus  
 cunctis salutaria & accepta per CHRIS-  
 TUM, Amen.

F I N I S.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Umg. VI 23

= [Dissertationes  
theol. Vol. 59]


ULB Halle 3  
002 386 852




sb. 26

Folio  
VD 77







37A  
10

THEOLOGICA  
De  
IN VÆSTIONE:  
TERANI  
IANI IN FUN-  
FIDEI CON-  
stant.  
*ta & in inclutissima ALBIA-  
idam συζητησιν.*  
SIDE  
RE MEISNERO  
P. Præceptore & Pro-  
o publicè exposita  
SHENNINGIO  
genſe.  
Deo  
X. Decembris  
OBILÆO  
CXVII.  
EBERGÆ  
*icâ Jobannis Gormanni.*

